1587

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0001

№ 661 *

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0002

1 Heſhuſius de Iuſtifi-
cationе

2 Beza de lege morali, ceremo-
niali et forenſi.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0003

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0004

№ 662 *

# LEX DEI,

## MORALIS,

## CEREMONIALIS,

## ET POLITICA,

*EX LIBRIS MOSIS EXCERPTA,*

*& in certas claſſes diſtributa,*

*A*

THEODORO BEZA VEZELIO.




Apud Petrum Santandreanum,

*M. D. LXXVII.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0005

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0006

# THEODORVS BEZA CHRISTIANO LECTORI

gratiam & pacem à Domino.

*QVVM abſque manifeſta blaſphemia dici Spiritus ſanctus non poßit vel ſuperuacaneum, vel non ſuo loco & tempore quippiam per os Prophetarum loquutus, mirabuntur nimirum nonnulli hoc meum conſilium, imò fortaßis etiam magnopere, vt audaciæ plenum, reprehendent. Iis igitur teſtatum eſſe volo, quod res ipſa clamat, nihil minùs mihi propoſitum fuiſſe quàm vt ſeriem hiſtoriæ Sacræ, cui Dominus leges ſuas inſeri non temere voluit, vllo modo abrumperem: aut quæ aliquoties ſunt repetita tanquam redundantia reſecarem, quod ſine magno ſcelere fieri non poſſe fateor: ſed hoc vnum ſtuduiſſe me, vt lege Domini in tria illa ſua capita diſtributa, in ſuas poſtea claſſes, & (ſicut Iuriſconſulti loquũtur) in ſuas rubricas congererem, quæcunque ad vnum aliquod argumentum referuntur. Neque enim lectoribus iucundum id duntaxat fore ſperaui, ſi vno veluti obtutu intuerentur, quæ diuerſis ex locis alioqui nõ ſine magna difficultate petenda ſunt, ſed etiam vtilißimum id fore credidi tum ad memoriam adiuuandam, tum ad eruendam ex mutua locorum collatione veram ipſarum interpretationem, quoniam in ferẽdis & ſcribendis iſtis legibus Dominus ad populi ſui captum ſic omnia temperauit (quod ego experientia ipſa didici quum hæc pro concione primùm, ac deinde in ſchola interpretarer) vt quod vno loco breuiùs & obſcuriùs, in alio pleniùs & dilucidiùs exponat. Sum autem hoc quicquid eſt operæ, eo maiore fiducia aggreſſus, quòd præeuntem mihi ſummum illum & omni laude maiorem hominem D. Iohannem Caluinum habeam, præceptorem olim meum, cuius tanti ſemper iudiciũ feci, ac meritò quidem, vt quod ipſo auctore*

¶ ij

*facerē, bonis & doctis hominibus vix poſſe diſplicere, mihi perſuaſerim. Neque tamen ordinem ab eo inſtitutum, per omnia ſum ſequutus, quoniam aliquantulum fuit ipſius conſilium ab hoc meo inſtituto diuerſum. Neque enim illi fuit aliud propoſitum quàm vt ad decem illa præcepta, quibus Lex omnis ἠθικὴ cōtinetur, cæteras leges tum ceremoniales tum ciuiles ſine diſcrimine reuocaret: mihi verò præterea conſilium fuit leges ipſas in ſua capita, ſuáſque claſſes ſigillatim diſtribuere, vt & ad quod præceptum ἠθικὸν ſingulæ ſint referendæ, & qua de re perſcriptæ ſint, omnes ſtatim intelligant. Quod ſi laborem hunc meum placuiſſe Chriſtianis lectoribus cognouero, addam, Deo fauente, veros ipſius Legis commentarios, propheticas videlicet conciones pari quoque ſerie diſtributas, & in eoſdem locos relatas: quod omnibus veræ Theologiæ ſtudioſis ſummè iucundū, ſimul & vtile fore cōfido. Bene vale, quiſquis es, & laboribus noſtris faue. Geneuæ, XXIV. Februarii, anno vltimi temporis M. D. LXXVII.*

# INDEX PRÆCIPVORVM CAPITVM argumentorum quæ in his claſsibus continentur.


A

ADeps 56
Adulterium 73
Ætas Leuitarum 13
Aqua expiationum 59
Altare holocauſtorum 10
Altare Suffitus 10
Altaris vnctio 27
Amiſſæ res 78
Animalia immunda, quæ 51
de Apoſtatis 61
Arca tabernaculi 11 Aſyla 68
Auium fœtus 60

B

de Bello, & illius iure 70
Benedicere 16
Blaſphemi & blaſphemiæ 64

C

Cadauer humanum 54
Calendæ & ſacrificium calendarum 29
Candelabrum 11
Ceremonialis legis finis.1.vbi 7.8.& ſeq.
Cibi ſanctificati 45
Cibi mundi qui 50
Cibi immundi qui 50.51
Circuncißio 59
Coitus præter naturam 74
Coitus honeſtus 75
Commodatum 82
Concha 10
Coniugiũ pontificis maximi, & ſacerdotũ 44
Connubiales leges de mundo coitu 75
Conſecratio Leuitarum 27
Conſecratio pontificis 24
Contractus varij 79.80.81

D

Decimæ 37
Depoſitum 82
de Diuinis 63
Diuortium 75
Docere 15

E

Expiationis feſtum 35
de Extraneis iniuria non afficiendis 77

F

Feſta tria maximè ſolennia 29
Feſtum clangoris 34
Feſtum expiationum 35
Feſtum Paſchæ 29
Feſtum Pentecoſtes 32
Feſtum tabernaculorum 33
Fœdera & eorum iura vt ſeruari debeant 64
Fœnus 80
Fructus vt colligi debeant 79
Furtum & illius pœna 76

H

Habitatio Leuitarum 27
Habitus ſacerdotum 12
de Hæredibus & eorum iure 82
de Hæreditatibus, & ad quos deferantur 82.83
Holocauſtorum varii ritus 16.17
Homicidium volũtarium, & illius pœna 67

I

de Idololatris 61
Idololatria abolenda 62
Ignis iugis 16
Immundi homines qui 49.53.54.55
de Immundis perſonis leges 49
Incendium 79
Inceſtus 71
Iniuria atrox 69
Iſraelitarum luctus veſtitus, & honeſtas in reliquis rebus 60
Iubileum 40
de Iudiciis corruptis 78
Iuge & quotidianum Sacrificium 28
de Iure belli 70

L

Legis diuinę partitio generalis 1. in Moralē, Ceremonialem, Politicam, ſiue Iudicialē 1
Legis commendatio 85
In genere ibid.
A præſtantia ipſius legiſlatoris ibid.
A præſtantia Legum ipſarum 88
A promiſsionibus Legis ibid.
A minis Legis 91
Lepra 55. & illius varia genera & curatio 55.56
Leuitarum delectus 13. ætas, ibid.
Leuitarum habitatio 27
Leuitarum conſecratio ibid.
Leuitarum munus ibid.
Leuitarũ munus in docēdo 47. in offerēdo 48
de Loco Sancto 7
Lucernæ 23
Luctus Iſraelitarum 60
Luctus Pontificis maximi ex ſacerdotum 44

M

de Magiſtratibus & eorum authoritate 65
Materia & ſtructura Tabernaculi. 8
Menſa 11
Menſtruum 53
Mercenarii non fraudandi 77
Merces laboris 77
Minæ legis 91
Mixtura fugienda 60
Moralis Legis finis 1. Partitio 2. vbi 2.3.4.5.6
Morticina 51
Mutuum 79

N

Nazareatus votum 42

Nouales 39
Nuptiæ illicitæ 71
Nuptiæ inceſtuoſæ ibid.

O

Oblationum variæ leges 24.25.26.& ſeq.
Offerre 16

P

Pacificorum ritus 17
Panes propoſionis 23
Paſcha 29
Patria poteſtas 67
Paxilli in caſtris 60
Peccatũ admiſſum ignorantia iuris, & ſacrificium pro eo 18
Peccatum admiſſum facti ignorantia 20
Peccatũ admiſſum à prudente & ſciente quidem, non tamen per impietatem 21
de Pecude aberrante 78
Pentecoſte 32
Plagium 79
Pœnæ capitales in genere 67
Pœnæ non capitales 70
Pignus 80
Politicæ legis finis 1
Politicæ ſiue iudiciales leges vbi 61
Politicæ leges quæ ad primã tabulam pertinent 61.62.63.64
Politicæ eges ad ſecundam tabulam pertinentes 65.66.67.68
Politicæ legis ſanctio 84
Pondera 78
Pontificis maximi conſecratio 24
Pontificis maximi luctus 44
Pontificis maximi coniugium ibid.
Pontifici maximo vini vſus quando interdictus ibid.
Præceptum Primum Legis 2
Præceptum Secundum Legis 2.& 3
Præceptum Tertium Legis 4
Præceptum Quartum Legis ibid.
Præceptum Quintum Legis 5
Præceptum Sextum ibid.
Præceptum Septimum Legis 5
Præceptum Octauum Legis 6
Præceptum Nonum 6
Præceptum Decimum ibid.
Præfatio Legis 2
Primitiæ 37
Primogenita 39
Promiſsiones Legis 88
de Pſeudoprophetis 63

R

Racematio relinquenda 79
Redemptio votorum 41
Ritus ſacrificiorum varij 17.18.& ſeq.

S

Sabbatharium ſacrificium iuge 28
Sabbathum iubileum 40
Sabbathum ſeptenne ibid.
Sabbathi violati pœna 64
Sacerdotes, & eorum habitus 12
Sacerdotum functio & munus fuit in Docendo 14.15 Benedicendo 16 Offerendo ſiue ſacrificando ibid.
Sacerdotum leges propriæ quædam 43
Sacerdotum coniugium 44
Sacerdotum luctus ibid.
Sacerdotibus vini vſus quãdo interdictus ib.
Sacrificiorum leges, & ritus varij 16.17.18
Sacrificium pro peccato ſpeciale 21
Sacrificiorum appendices ibid.
Sacrificia 28
Sacrificium iuge & quotidianum ibid.
Sacrificium Sabbathorum iuge ibid.
Sacrilegium & illius pœna 76
Sanguis 59
Scortatio 72. & illius variæ ſpecies 73.74
Seminis fluxus 55
Septenne Sabbathum 40
Seruus fugitiuus 79
Sodomia 74
Solennitates Iudæorum præcipuæ 29
Stuprum 73
Suffitus 23
Summa Legis 6

T

Tabernaculi inſtrumentum & ſuppellex 10. 11.12. & ſeq.
Tabernaculi vnctio 27
Tabernaculorum feſtum 33
Tabulæ primæ præcepta 2.3.4
ad Tabulam primam politicæ leges pertinentes 61.62.63.64
Tabulæ poſterioris præcepta 5
ad Tabulam ſecundam politicæ leges pertinentes 65.66.67
Tabernaculi materia 8
Tabernaculi concha 10
de Termino moto 78
de Teſtibus 84
Tubæ 28. & earum feſto 34

V

Vacca ruffa, & quæ ex ea fiebat expiatio 59.
Venditio & emptio 80 & illarum leges 81
Veſtitus Iſraelitarum 60
Victimæ quæ legitimæ 16
Vini vſus quibus & quando ſacerdotibus interdictus 44
Vnctio altaris & tabernaculi 27
Voluntarium caſuale ſiue non voluntariũ 68
Votum Nazareatus 42
Votorum lex in genere 40
Votorum redemptio 41
Vouere qui poſsint ibid.
Voueri quæ poſsint ibid.
Vſura 80

Z

Zelotypia 73

FINIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0010

# LEX DEI, MORALIS, CEREMONIALIS, ET CIVILIS,

## *EX LIBRIS MOSIS EXCERPTA, & in certas claſſes Diſtributa*

*A*

THEODORO BEZA VEZELIO.

LEX domini Dei noſtri, per Moſen populo ſuo tradita, partim eſt ἠθική, partim ἱερατική, partim πολιτική.

Η'θική, quomodo vnumquenque tum erga DEVM in primis, tum erga proximum affectum eſſe oporteat, oſtendit. Ideóque vt nos in nobis ipſis damnationi adiudicat, propter adiunctas aduerſus eos cõminationes, qui vel in minimo apice eam fuerint tranſgreſsi: ita nos in Chriſto, qui factus nobis iuſtitia, pleniſsimè pro nobis eam implendo, ſimul quoque pœnas luit nobis debitas, adeò non lædit, vt contra in Chriſto fide apprehenſo, ab eius condemnatione abſoluti, coronam ſimus adepturi, quam ſui obſeruatoribus promittit, & ipſa nobis per Spiritum Euangelij ſanctificatis, iter bonæ rectæque viæ præmonſtret.

Ι'ερατική cultus interioris quem DEO debemus, veluti pictura quædam externis ſenſibus obiecta, præterquam quòd exercuit Iſraelitas in externa veræ religionis profeſsione, exhibuit populo DEI, ſub ipſius pædagogia conſtituto, veram imaginem tum dánationis, quam omnes homines propter ἠθικῆς legis trangreſsionem merentur, tum eius liberationis, quæ à venturo Meſsia expectabatur.

Πολιτική oſtendit quis ſit τῆς ἠθικῆς vſus in communi hominum ſocietate, & aduerſus tranſgreſſores eius magiſtratum armat.

Iſtæ verò leges ſparſim, vt ſunt variis temporibus & locis à DEO traditæ: ſic etiam à Moſe non eodem tenore deſcriptæ, mihi videntur non incommodè in hæc capita diſtribui, & quaſi in vnum corpus componi poſſe.

## TA' H'ΘIKA', BINIS TABVLIS DESCRIPTA, continent decem præcepta, hoc ordine:

### *PRIMUM CUM PRAEFATIONE prioris tabulæ præceptum.*

*Exod. cap.* XX. *verſ.* I.

LOquutúſque eſt Deus omnia
verba iſta, dicendo,
2 Ego Iehouáh Deus tuus, qui
eduxi te è terra Miſráim, è domo ſer-
uorum.
3 Non erunt tibi dij alieni coram me.

*Deut. cap.* V. *verſ.* VI.

EGO Iehouáh Deus tuus qui eduxi te è terra Ægypti, è domo ſeruorum.
7 Non erunt tibi dij alij coram me.

CAP. 6. v. 4 Audi Iſraél, Iehouáh Deus noſter, Iehouáh vnus eſt.

CAP. 6. v. 12 Caue tibi ne obliuiſcaris Iehouæ, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorum.

CAP. 13. v. 14 Quum autem interrogauerit te filius tuus cras, dicendo, Quid hoc? tum dices ad eum, In fortitudine manus eduxit nos Iehouáh ex Miſráim è domo ſeruorum.
15 Et fuit, quum induraſſet ſe Paróh quominus
dimitteret nos, occîdit Iehouáh omne primogenitum in terra Miſráim à primogenito hominis vſque ad primogenitum animalis: idcirco ego ſacrifico Iehouæ omnem apertionem vuluæ ſexus maſculini: omne autem primogenitum filiorum meorum redimo.

### *SECUNDUM PRAECEPTUM.*

*Exod. cap.* XX. *verſ.* IV.

NOn facies tibi ſculptile, neq; vllam ſimilitudinem ***eorum*** quæ ſunt in cælo ſurſum, neque ***eorum*** quæ in terra deorſum, neque ***eorum*** quæ in aquis ſubter terram.
5 Non incuruabis te eis, neque co-
les ea: ego enim Iehouáh Deus tuus, Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios, in tertiam & quartam ***generationem*** odio habentibus me.
6 Et faciens miſericordiam mil-
libus diligentibus me, & cuſtodientibus præcepta mea.
& 22 Dixítq; Iehouáh ad Moſéh,
Sic dices filiis Iſraél, Vos vidiſtis quòd è cælo loquutus ſum vobiſcum.
23 Ne *ergo* faciatis mecum deos
argenteos, neque deos aureos: non facietis ***inquam*** vobis.

*Leuit. cap.* XIX. *ver.* IV.

NE cõuertatis vos ad idola, neq; deos fuſiles faciatis vobis: ego Iehouáh Deus veſter.

CAP. 26. v. 1 Non facietis vobis idola & ſculptile, & ſtatuam non erigetis vobis, neque lapidem pictum ponetis in terra veſtra vt incuruetis vos ei: ego enim Iehouáh Deus veſter.

CAP. 18. v. 20 Et è ſemine tuo ne des vt tranſire facias *idolo* Mólech, neque polluas nomẽ Dei tui: ego Iehouáh.

*Deut. cap.* IV. *verſ.* XII.

ET loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborum vos audiebatis, at imaginem ***vllam*** non videbatis præter vocem.
13 Et renuntiauit vobis pactum
ſuum quod præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcripſit illa in duabus tabulis lapideis.
14 Mihi quoque præcepit Ieho-
uáh eodem tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt faceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſsideatis eam.
15 Cauete ergo diligenter ani-
mabus veſtris (non enim vidiſtis vllam imaginẽ die quo loquutus eſt Iehouáh ad vos in Horéb è medio ignis)
16 Ne fortè corrumpatis ***vias ve-***
***ſtras***, & faciatis vobis ſculpti-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0012

CAP. 23. v. 24 Non adorabis deos eorum, neque coles eos, neque facies ſecundum opera eorum: ſed deſtruendo deſtrues eos, & confringẽdo cõfringes ſtatuas eorum.
CAP. 34. v. 14 Non enim incuruabis te deo alteri: nam Iehouáh Zelotes nomen eius, Deus zelotes eſt.
& 17 Deos conflatiles non facies tibi.

le, *aut* imaginem vllius ſimulachri, *id eſt* effigiem maſculi aut fœminæ:
17 Effigiem cuiuſcunque animalis quod in terra *degat*, effigiem cuiuſcunque volucris alatæ quæ volet per cælũ:
18 Effigiem cuiuſcunque repentis in terra, effigiem cuiuſcunque piſcis qui in aqua *degat* ſub terra:
19 Neve attollas oculos tuos in cælum, vt videas ſolem, & lunam, & ſtellas, omnem militiam cæli, & impellaris, & incurues te illis, coláſque ea, quæ diſtribuit Iehouáh Deus tuus omnibus populis ſub toto cælo.
20 Vos autem tulit Iehouáh, & eduxit vos è fornace ferrea, ex Ægypto, vt ſitis ei in populum hæreditatis, ſicut die iſta.
21 At Iehouáh iratus eſt in me propter verba veſtra, iurauítque quòd non tranſirem Iardén, neque ingrederer terram optimam quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.
22 Ego enim morior in terra iſta, neque tranſeo Iardén: vos autem tranſitis, & poſsidebitis terram optimam iſtam.
23 Cauete *ergo* vobis ne fortè obliuiſcamini pacti Iehouę Dei veſtri quod pepigit vobiſcum, & faciatis vobis ſculptile, *aut* imaginem cuiuſcunque rei, ſicut pręcepit tibi Iehouáh Deus tuus.
24 Nam Iehouáh Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus zelotes.
CAP. 5. v. 8. Non facies tibi ſculptile *vllum, aut* vllam imaginem *eorum* quæ ſunt in cælo ſurſum, & *eorum* quæ in terra deorſum, & *eorum* quæ in aquis ſubter terram.
9 Non incuruabis te eis, neque coles ea: ego enim Iehouáh Deus tuus, Deus zelotes, viſitans iniquitatem patrum ſuper filios & in tertiam & in quartam generationem iis qui odio habent me:
10 Et faciens miſericordiam millibus iis qui diligunt me, & ſeruant præcepta mea.
CAP. 6. v. 14 Non ambulabitis poſt deos alios, è diis populorum qui ſunt in circuitibus veſtris:
15 (Deus enim zelotes Iehouáh Deus tuus in medio tui eſt) ne fortè iraſcatur furor Iehouæ Dei tui in te, & diſperdat te de ſuperficie terræ.
16 Non tentabitis Iehouam Deum veſtrum, quemadmodum tentaſtis in Maſſa.
CAP. 7. v. 25 Sculptilia deorum ipſorum combures igni: non concupiſces argentum & aurum *quæ ſunt* ſuper ea, & capias tibi: ne illaquees te in illo: abominatio enim Iehouæ Dei tui eſt.
26 Neque introduces abominationem in domum tuam, & ſis anáthema ſicut illud: deteſtando deteſtaberis illud, & abominando abominaberis illud, quia eſt anáthema.
CAP. 8. v. 19 Quòd ſi obliuiſcendo oblitus fueris Iehouæ Dei tui, & ambulaueris poſt deos alienos, coluerı́ſque eos, & incuruaueris te eis, teſtor contra vos hodie quòd pereundo peribitis.
20 Sicut gentes quas Iehouáh perditurus eſt à facie veſtra, ſic peribitis, eo quòd non parueritis voci Iehouæ Dei veſtri.
CAP. 11. v. 16 Cauete ergo vobis ne fortè ſeducatur cor veſtrum & recedatis, colatíſq; deos alienos, & incuruetis vos eis:
17 Vnde iraſcatur furor Iehouæ in vos, & claudat cælos, ac non ſit pluuia, neque terra det fructum ſuum, pereatíſque celeriter è terra optima, quam Iehouáh dat vobis.
CAP. 12. v. 29 Quum exciderit Iehouáh Deus tuus gentes ad quas tu pergis vt poſsideas eas à facie tua, & poſſederis eas, habitauerı́ſque in terra earum:
30 Caue tibi ne illaquees te *eundo* poſt eas, poſtquam perierint à facie tua: ne inquiras de diis earum, dicendo, Quomodo colebant gentes illæ deos ſuos: & faciam ſic etiam ego.
31 Non facies ſic Iehouę Deo tuo: quia omnem abominationem Iehouę quam odit, fecerunt diis ſuis: nam etiam filios ſuos & filias ſuas comburebant igni diis ſuis.
32 Quicquid ego pręcipio vobis, cuſtodietis vt faciatis: non addes ad illud, neque diminues ex eo.
CAP. 16. v. 21 Non plantabis tibi lucum quarumcunque arborum apud altare Iehouę Dei tui, quod facies tibi.
22 Neque eriges tibi ſtatuam: id quod odio habet Iehouáh Deus tuus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0013

## TERTIVM PRAECEPTVM

*Exod. cap.xx.verſ.* VII.

NOn aſſumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum: quia non inſontem habebit Iehouáh eum qui aſſumpſerit nomen eius in vanum.

CAP.23. V.13 Et in omnibus quæ dixi vobis, cauti eritis. Neque nomen deorum aliorum memorabitis, non audietur in ore tuo.

*Leuit.ca.*XIX.*ver.*XII.

ET non iurabitis in nomine meo mendaciter, neq; polluas nomen Dei tui: ego Iehouáh.

*Deut.cap.*V.*verſ.*XI.

NOn aſſumes nomen Iehouæ Dei tui in vanum: non enim Iehouáh inſontem habebit eum qui acceperit nomen eius in vanum.

CAP.6. V.13 Iehouam Deum tuũ timebis, & ipſum coles, ac per nomen eius iurabis.

CAP. 10. V.20 Iehouam Deum timebis, illum coles, illíque adhærebis, & per nomen eius iurabis.

## QVARTVM PRAECEPTVM.

*Exod.cap.*XX.*verſ.*VIII.

REcordare diei Sabbathi, vt ſanctifices illum.

9 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuum.

10 At die ſeptimo ſabbathum *erit* Iehouę Deo tuo: non facies vllum opus neque tu, neque filius tuus, neque filia tua, neque ſeruus tuus, neque ancilla tua, neque animal tuum, neq; peregrinus tuus qui eſt in portis tuis.

11 Sex enim diebus fecit Iehouáh cælum & terram, marę, & quæcunque *ſunt* in eis: & requieuit die ſeptimo: idcirco benedixit Iehouáh diei Sabbathi, & ſanctificauit eum.

CAP.23. V.12 Sex diebus facies opera tua, die autem ſeptimo quieſces: vt cõquieſcat bos tuus, & aſinus tuus, & reſpiret filius ancillæ tuæ, & peregrinus.

CAP.31. V.12 Dixit præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

13 Et tu loquere ad filios Iſraél, dicendo, Veruntamen Sabbatha mea cuſtodietis: quia ſignum eſt inter me & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis quòd ſum Iehouáh ſanctificans vos.

14 Cuſtodietis igitur Sabbathum, quia ſanctitas eſt vobis: quiſquis profanauerit illud, moriendo morietur: quia omnis faciens in eo opus, excidetur anima ipſa è medio populorum ſuorum.

15 Sex diebus fiet opus, at die ſeptimo Sabbathum ceſſationis eſt, ſanctitas Iehouæ: quicunque fecerit opus die Sabbathi, moriendo morietur.

16 Obſeruabunt itaque filij Iſraél Sabbathum, obſeruando ipſum in generationibus ſuis: pactum eſt perpetuum.

17 Inter me & filios Iſraél ſignum eſt in perpetuum: quia ſex diebus fecit Iehouáh cælos & terram, die autem ſeptimo ceſſauit & requieuit.

CAP.34. V.21 Sex diebus operaberis, at die ſeptimo ceſſabis: in aratione & in meſſe ceſſabis.

CAP.35. V.3 Non accendetis ignem in omnibus habitaculis veſtris die ſabbathi.

*Leuit.cap.*XIX.*verſ.*III.

SAbbatha mea ſeruate: ego Iehouáh Deus veſter.

30 Sabbatha mea obſeruabitis, & ſanctuarium meũ metuetis: ego Iehouáh.

CAP.23. V.3. Sex diebus fiet opus: die autem ſeptimo ſabbathum quietis eſt, celebritas Sancta, nullum opus facietis: ſabbathum eſt Iehouæ in cunctis habitationibus veſtris.

CAP.26. V.2 Sabbatha mea cuſtodite, & ſanctuariũ meũ timete: ego Iehouáh.

*Deuter.cap.*V.*verſ.*XII.

OBſerua diẽ Sabbathi, vt ſanctifices eum, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus.

13 Sex diebus operaberis, & facies omne opus tuũ:

14 Die autẽ ſeptima Sabbathum *erit* Iehouæ Dei tui: non facies vllum opus, tu, neque filius tuus, neque filia tua, neq; ſeruus tuus, neque ancilla tua, neque bos tuus, neque aſinus tuus, neque vllum iumentum tuum, neque peregrinus tuus qui *habitauerit* intra portas tuas: vt requieſcat ſeruus tuus & ancilla tua ſicut tu.

15 Et memineris quòd ſeruus fueris in terra Ægypti, & eduxit te Iehouáh Deus tuus indè in manu valida & brachio extento: idcirco præcepit tibi Iehouáh Deus tuus vt faceres diem Sabbathi.

## PRIMUM POSTERIORIS TABULAE Præceptum.

*Exod.cap.xx.verſ.xii.*

HOnora patrem tuum & matrem tuam: vt prolongētur dies tui ſuper terram, quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.

CAP.22. v.28. Iudicibus non maledices, neque principi in populo tuo maledices.

*Leuit.cap.xix.verſ.iii.*

QViſque matrem ſuam,& patrem ſuum timeat.

& 32 Ante canitiē aſſurge,& honora faciem ſenis, metuáſque Deum tuum: ego Iehouáh.

*Deuter.cap.v.verſ.xvi.*

HOnora patrem tuū & matrem tuam, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus,vt prolongentur dies tui, & vt bene ſit tibi ſuper terram, quàm Iehouáh Deus tuus dat tibi.

## SECUNDUM PRAECEPTUM.

*Exod. cap. xx.verſ.xiii.*

NOn occides.

*Leuit.cap.xix.verſ.xiv.*

NOn maledices ſurdo, & coram cæco non pones offendiculum: ſed timebis *tibi* à Deo tuo: ego Iehouáh.

& 17 Ne odio habeas fratrē tuum in corde tuo: *ſed* corripiendo corripies proximum tuum, neque impinges illi crimen.

18 Non vlciſceris te,neque reſeruabis *odium* contra filios populi tui: ſed diliges proximum tuum ſicut teipſum: ego Iehouáh.

*Deut.cap.v.verſ.xvii.*

NOn facies homicidium.

## TERTIUM PRAECEPTUM.

*Exod.cap. xx. verſ. xiv.*

NOn committes adulterium.

*Leuit.cap.xviii.verſ.xx.*

VXori proximi tui non dabis concubitum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea.

22 Cum maſculo autem ne concumbas concubitu mulieris:abominatio eſt.

23 Et cum nullo animali dabis coitum tuum, vt polluaris cum eo:neque mulier ſtabit ante animal vt coëat cū eo: turpitudo eſt.

24 Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerunt ſe Gentes quas ego eiecturus ſum à facie veſtra.

25 Polluta nanque eſt terra,& viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítque terra habitatores ſuos.

26 Cuſtodite itaque vos ſtatuta mea, & iudicia mea,& ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, *tam* indigena, quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri:

27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra)

28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam,quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos?

29 Quiſquis enim fecerit *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis: tunc animæ quæ fecerint *talia*, excidentur è medio populi ſui.

30 Cuſtodite inquam cuſtodiam meam,ne faciatis *aliqua* è ſtatutis abominationum quæ facta ſunt ante vos, neque polluatis vos in

*Deut. cap. v. verſ. xviii.*

NEque adulterium committes.

CAP.23. v.17 Non erit meretrix è filiabus Iſraél,neque erit ſcortum maſculum è filiis Iſraél.

illis : ego Iehouáh Deus veſter.

Cap.19. v.29 Ne polluas filiam tuam proſtituendo eam, neque fornicetur terra, & impleatur ipſa ſcelere.

## QUARTUM PRAECEPTUM.

*Exod.cap.*xx.*verſ.*xv.

NOn furaberis.

Cap.22. v.21. Et peregrino non inferes vim, nec opprimes eum: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
22 Nullam viduam, aut pupillũ affligetis.
23 Si affligendo afflixeris eum: quia ſi clamādo clamauerit ad me, audiendo audiam clamorem eius,
24 Iraſcetúrque furor meus, & occîdam vos gladio, erúntque vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.

*Leuit.cap.*xix.*verſ.*xi.

NOn furabimini, & non negabitis, neque mentiemini quiſque in proximum ſuum.
13 Non vim inferes proximo tuo neque rapies. Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mane.
& 33 Si autem peregrinatus fuerit tecum peregrinus in terra veſtra, non opprimetis illum.
34 Tanquā indigena ex vobis, erit vobis peregrinus qui peregrinatur apud vos, & dilige eũ ſicut teipſum: quia & *vos* peregrini fuiſtis in terra Ægypti: ego Iehouáh Deus veſter.

*Deut.cap.*v.*verſ.*xix.

NEc furaberis.

## QUINTUM PRAECEPTUM.

*Exod.cap.*xx.*verſ.*xvi.

NOn loqueris aduerſus proximum tuum teſtimonium mendacij.

Cap.23. v.1 Non aſſumes rumorem falſum mendacij: ne ponas manum tuam cum impio, vt ſis teſtis mendax.
2 Non eris poſt multos ad mala, neque ſpondebis in cauſa, vt declines poſt multos ad peruertendum *iudicium*.
7 A ſermone falſo recedes, neque innocentē & iuſtum occides: quia nō iuſtificabo impiū.

*Leuit.cap.*xix.*verſ.*xvi.

NOn incedes fraudulenter in populis tuis. Non ſtabis cōtra ſanguinem proximi tui: ego Iehouáh.
17 Ne odio habeas fratrem tuũ in corde tuo: ſed corripiendo corripies proximum tuum, neque impinges illi crimen.

*Deut.cap.*v.*verſ.*xx.

NEq; dices in proximum tuum teſtimoniũ falſum.

## SEXTUM PRAECEPTUM.

*Exod.cap.*xx.*verſ.*xvii.

NOn concupiſces domum proximi tui, nō concupiſces vxorem proximi tui, neque ſeruum eius, neque ancillam eius, neque bouem eius, neque aſinum eius, neque quicquam *eorum quæ ſunt* proximi tui.

*Deut.cap.*v.*verſ.*xxi.

NEque concupiſces vxorem proximi tui, nec concupiſces domum proximi tui, agrum eius, aut ſeruum eius, aut ancillā eius, bouem eius, aut aſinũ eius, *neque* quicquam eorum quæ ſunt proximo tuo.

## SUMMA UTRIUSQUE TABULAE.

*Leuit.cap.*xix.*verſ.*xviii.

NOn vlciſceris te, neque reſeruabis *odium* contra filios populi tui: ſed diliges proximum tuũ ſicut teipſum: ego Iehouáh.

*Deuter.cap.*vi.*verſ.*v.

DIliges ergo Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, & tota fortitudine tua.

# TA' I'ERATIKA' COMMODE MIHI videntur ad hæc capita poſſe reuocari.

## DE LOCO SANCTO.

*Exo.cap.*XX.*ver.*XXIIII.

ALtare terreū
facies mihi,
& ſacrifica-
bis ſuper il-
lud holocauſta tua,
& pacifica tua, pe-
cudes tuas, & bo-
ues tuos: in omni
loco in quo memi-
niſſe fecero nomi-
nis mei, veniam ad
te, & benedicā tibi.
25 Quòd ſi altare la-
pidū feceris mihi,
non ædificabis eos
exciſos: quia *ſi* gla-
dium tuum eleuaue-
ris ſuper illum, pol-
lues illum.

*Leuit.cap.*XVII.*verſ.*I.

LOquutus eſt prætorea Ie-
houáh ad Moſéh, dicen-
do,
2 Loquere ad Aharón & ad filios
eius, & ad omnes filios Iſrael,
dícque illis, Iſtud eſt verbum
quod præcepit Iehouáh, dicēdo,
3 Quicunque de domo Iſraél ma-
ctauerit bouem, aut agnum, aut
capram in caſtris, aut qui macta
uerit extra caſtra:
4 Et ad oſtium tabernaculi eccle-
ſiæ non adduxerit cū, vt offerat
oblationem Iehouæ, coram ta-
bernaculo Iehouæ: ſanguis im-
putabitur viro illi: *nam* ipſe ſan-
guinem fudit, excidetúrque vir
ille è medio populi ſui:
5 Vt afferant filij Iſraél ſacrificia
ſua quæ mactaturi ſunt in ſuper-
ficie agri, vt afferant inquam illa
Iehouæ ad oſtiū tabernaculi ec-
cleſiæ ad ſacerdotem, & ſacrifi-
cēt illi ſacrificia pacificorum Ie-
houæ.
6 Spargétque ſacerdos ſanguinē
ad altare Iehouæ, ad oſtium ta-
bernaculi eccleſiæ, & adolebit
adipem in odorem quietis Ieho-
uæ.
7 Et non ſacrificabunt vltrà ſacri-
ficia ſua dæmonibus cum quibus
fornicantur: ſtatutum perpetuū
erit hoc illis in generationibus
eorum.
8 Dices præterea illis, Quicunque
è domo Iſrael, aut de peregrinis
qui peregrinantur in medio ve-
ſtri, obtulerit holocauſtum aut
ſacrificium:
9 Et ad oſtium tabernaculi eccle-
ſiæ nō adduxerit illud ad facien-
dum illud Iehouæ, tūc excidetur
vir ille è populis ſuis.

*Deut.cap.*XII.*verſ.*V.

SEd locum quem ele-
gerit Iehouáh Deus
veſter de cunctis tri-
bubus veſtris, vt po-
nat nomen ſuum ibi, vt habi-
tet ipſe, requiretis, & venie-
tis illuc.
6 Et adducetis eò holocauſta
veſtra, & ſacrificia veſtra, &
decimas veſtras, & oblationē
manus veſtræ, & vota veſtra,
& ſpōtanea veſtra, & primo-
genita boum veſtrorum, &
ouium veſtrarum.
7 Comedetíſque illic coram
Iehoua, Deo veſtro, & læta-
bimini in omni re ad quam
miſeritis manum veſtram,
vos & domus veſtræ, in qui-
bus benedixerit tibi Iehouáh
Deus tuus.
8 Non facietis iuxta omnia
quæ nos facimus hîc hodie,
ſinguli quicquid rectum *eſt*
in oculis ſuis.
9 Non enim veniſtis hucuſ-
que ad requiem & hęredita-
tem quā Iehouáh Deus tuus
dat vobis.
10 Sed trāſibitis Iardén, & ha-
bitabitis in terra quàm Ieho-
uáh Deus veſter dat vobis
poſsidendā iure hæreditario,
& requiem dabit vobis ab o-
mnibus inimicis veſtris in
circuitu, & habitabitis con-
fidenter.
11 Tunc *ad* eum locum quem
elegerit Iehouáh Deus veſter,
vt habitare faciat nomen ſuū
illic, conferetis omnia quæ
ego præcipio vobis, holo-
cauſta veſtra, & ſacrificia ve-
ſtra: decimas veſtras, & obla-
tiones manus veſtræ, & o-
mne quod precipuum eſt in votis veſtris quæ vouebitis Iehouæ.
12 Et lætabimini coram Iehoua Deo veſtro, vos & filii veſtri & filiæ veſtræ, & ſerui veſtrī
& ancillæ veſtræ, & Leuitæ qui fuerint intra portas veſtras: quia non eſt ei portio & hære-
ditas vobiſcum.
13 Caue tibi ne offeras holocauſta tua in omni loco quem videris.

14 Sed in loco quem elegerit Iehouáh, in vna tribuum tuarum, ibi offeres holocauſta tua, ibíque facies omnia quæ ego præcipio tibi.
15 Tantummodo in omni deſiderio animæ tuæ mactabis, & comedes carnes iuxta benedictionem Iehouæ Dei tui, quam dederit tibi intra omnes portas tuas: immundus & mundus comedet eas, ſicut capream & ceruum.
16 Veruntamen ſanguinem non comedetis, ſuper terram effundetis illum inſtar aquæ.
17 Non poteris comedere intra portas tuas decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ:
18 Sed coram Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus & filia tua, & ſeruus tuus & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quam miſeris manum tuam.
19 Caue *autem* tibi ne derelinquas Leuitam omnibus diebus tuis ſuper terram tuam.
20 Quum dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminum tuum, quemadmodum loquutus eſt tibi, & dixeris, Comedam carnem: quòd cõcupiſcat anima tua veſci carnibus, iuxta omne deſiderium animæ tuæ comedes carnes.
21 Quum longinquus fuerit à te locus quem elegerit Iehouáh Deus tuus: vt ponat nomen ſuum ibi, mactabis de bobus tuis, & de pecudibus tuis, quas dederit Iehouáh tibi, quemadmodum præcepi tibi, & veſcêris in portis tuis ſecundum omne deſiderium animæ tuæ.
22 Certè quemadmodum comeditur caprea & ceruus, ſic comedes illas: immundus & mundus pariter veſcentur illis.
23 Tantum roborare vt non comedas ſanguinem: quia ſanguis eſt anima, & non comedes animam vnà cum carnibus ſuis.
24 Non comedes illum, *ſed* in terram effundes illum inſtar aquæ.
25 Non veſcêris illo, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, quum feceris quod rectum eſt in oculis Iehouæ.
26 Verùm ſanctificata tua quæ fuerint tibi, & vota tua tolles, vt venias ad locum quem elegerit Iehouáh:
27 Et facies holocauſta tua carnem & ſanguinem ſuper altare Iehouæ Dei tui: ſanguis autem *aliorũ* ſacrificiorum tuorum fundetur ſuper altare Iehouæ Dei tui, & carnes comedes.
28 Cuſtodi, & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te vſque in ſæculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei tui.

## *DE MATERIA ET STRUCTURA Tabernaculi.*

*Exod. cap.* XXV. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouah ad Moſéh, dicendo.
2 Loquere ad filios Iſraél vt accipiant mihi oblationem: ab omni viro cuius cor voluntariè dederit illam, accipietis oblationem meam.
3 Iſta autem eſt oblatio quam capietis ab eis. Aurum & argentum, & æs,
4 Et hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum, & *pilos* caprarum.
5 Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum, & ligna Sittím.
6 Oleum pro luminari, aromata pro oleo vnctionis & pro thymiamate aromatum.
7 Lapides onychinos, & lapides plenitudinum pro ephod & pro pectorali.
8 Et facient mihi Sanctuarium, vt habitem in medio eorum.
9 Omnino vt ego oſtendam tibi ſimilitudinem habitaculi & ſimilitudinem omnium vaſorum eius, ſic facietis.

CAP. 26. v. 5. Tabernaculum verò facies è decem cortinis, è byſſo retorta, *&* hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci: Cherubim opere phrygionico facies.
2 Longitudo cortinæ vnius *erit* octo & viginti cubitorum: & latitudo cortinæ vnius, quatuor cubitorum: menſura vna erit omnibus cortinis.
3 Quinque cortinæ *erunt* cõiunctæ altera cum altera, & quinque *aliæ* cortinæ cõiunctæ altera cum altera.
4 Facies quoque laqueolos hyacinthinos in ora cortinæ vnius in extremo in coniunctione: & ſic facies in ora cortinæ extremæ, in coniunctione ſecunda.
5 Quinquaginta laqueolos facies in cortina vna, & quinquaginta laqueolos facies in extremo cortinæ quæ eſt in coniunctione ſecunda: oppoſiti erunt laqueoli alter alteri.
6 Facies item quinquaginta vncinos aureos, & *ita* coniunges cortinas alteram cum altera

per vn-

per vncinos: atque *ita* fiet tabernaculum vnum.
7 Facies inſuper cortinas è pilis caprarum in tentoriũ ſuper tabernaculum: vndecim cortinas facies eas.
8 Longitudo cortinæ vnius, triginta cubitorum: & latitudo cortinæ vnius, quatuor cubitorum: menſura vna *erit* vndecim cortinis.
9 Et coniũges quinque cortinas ſeorſum, & ſex cortinax ſeorſum, & conduplicabis cortinam ſextam eregione faciei tentorii.
10 Facies autem quinquaginta laqueolos in ora cortinæ vnius in extremo in coniunctione, & quinquaginta laqueolos in ora cortinæ coniunctionis ſecundæ.
11 Facies item vncinos æreos quinquaginta, quos induces in laqueolos, & coniunges tentorium, & erit vnum.
12 Superfluitas autem quæ redundat in cortinis tentorii, *nempe* dimidium cortinæ redundantis, ſuperfluet à tergo tabernaculi.
13 Cubitúſque hinc & cubitus illinc, qui redundat in longitudine cortinarum tentorii, redundabit ſuper latera tabernaculi hinc & inde, vt tegat illud.
14 Facies etiam operimentum tentorio è pellibus arietum rubefactis, operimentum item è pellibus taxorum ſuperné.
15 Facies & tabulas tabernaculo è lignis Sittím ſtantes.
16 Decem cubitorum longitudo tabulæ: cubiti verò & dimidii latitudo tabulæ vnius.
17 Duo cardines erunt tabulæ vni, inſtar graduum ſcalæ diſpoſiti, alter eregione alterius: ſic facies omnibus tabulis tabernaculi.
18 Facies autem tabulas tabernaculo, viginti tabulas ad latus Meridianum ad Auſtrum.
19 Et quadraginta baſes argenteas facies ſub viginti tabulis, duas baſes ſub vna tabula, *pro* duobus cardinibus eius: & duas baſes ſub tabula altera *pro* duobus cardinibus eius.
20 In latere verò tabernaculi ſecundo ad plagam Aquilonis, viginti tabulas.
21 Et quadraginta baſes earum argenteas, duas baſes ſub vna tabula, & duas baſes ſub tabula altera.
22 Porrò in latere tabernaculi ad Occidentem, facies ſex tabulas.
23 Et duas tabulas facies angulis tabernaculi in latere occidentali:
24 Quæ erunt *quaſi* gemellæ inferné, & ſimul erunt *quaſi* gemellæ in faſtigio eius in circulum vnum: ſic erit de duabus illis: in duobus angulis erunt.
25 Erunt igitur octo tabulæ, & baſes earum argenteæ, ſexdecim baſes: duæ baſes *erunt* ſub tabula vna, & duæ baſes ſub tabula altera.
26 Facies etiam vectes è lignis Sittím, quinque tabulis *pro* latere tabernaculi vno:
27 Et quinque vectes tabulis *pro* latere tabernaculi altero: & quinque vectes tabulis *pro* latere tabernaculi, pro latere *inquam vergente* ad Occidentem.
28 Vectis autem medius per medium tabularum tranſibit ab extremo ad extremum.
29 Tabulas verò teges auro, atque annulos earum facies ex auro, per quos traiicietur vectes, cooperiéſque vectes ipſos auro.
30 Et *ita* eriges tabernaculum ſecundum diſpoſitionem eius, quæ tibi oſtenſa eſt in Monte.
31 Facies & velũ ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta: opere phrygionico faciet illud *cum figuris* Cherubím.
32 Et pones illud ſuper quatuor columnas Sittím obductas auro (vncini earum aurei) ſuper quatuor baſes argenteas.
33 Ponéſque velum ſub vncinis, & introduces illuc intra velum arcam teſtimonii: diuidétque velum illud vobis inter Sanctum, & Sanctum ſanctorum.
34 Pones inſuper propitiatorium ſuper arcam teſtimonii in Sancto ſanctorum.
35 Pones quoque menſam illam extra velum, & candelabrum eregione menſæ in latere tabernaculi ad Meridiem, & menſam pones in latere Aquilonis.
36 Et facies velum ad oſtium tabernaculi ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta opere acupictoris.
37 Velo autem facies quinque columnas *ex* Sittím, quas teges auro, & vncini earum aurei: fundéſque eis quinque baſes æreas.
CAP. 27. v. 9. Facies inſuper atrium tabernaculi ad plagam Meridianam Auſtralem: cortinæ *erunt* atrio è byſſo retorta: centum cubitorum *erit* longitudo angulo vni.
10 Columnæ autem eius *erunt* viginti, & baſes earum viginti æreæ: capitella columnarum, & fila earum argentea.
11 Et ſic lateri Aquilonari in longitudine *erunt* cortinæ centum, & columnæ eius viginti, baſéſque earum viginti æreæ: capitella columnarum, & fila earum argentea.
12 Porrò *in* latitudine atrii ad latus occidentale, *erunt* cortinæ quinquaginta cubitorum, & columnæ earum *erunt* decem, & baſes earum decem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0019

13 In latitudine verò atrii in latere Orientali ad Orientem, quinquaginta cubiti *erunt.*
14 Quindecim autem cubitorum *erunt* cortinæ lateri *vni*, columnæ earum tres, baſéſque earum tres.
15 Lateri verò ſecundo quindecim cortinæ: columnæ earum tres, & baſes earum.
16 Et portæ atrii *diſponetur* aulęum viginti cubitorum ex hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere acupictoris: columnæ earum quatuor, baſéſque earum quatuor.
17 Omnes columnæ atrii in circuitu cinctæ erunt argento: capitella verò earum *erunt* argentea, & baſes earum æreæ.
18 Longitudo atrii *erit* centum cubitorum: & latitudo quinquaginta in quinquaginta: altitudo autem, quinque cubitorum, ex byſſo retorta, & baſes earum æreæ.
Cap. 35. v. 4 Dixítque Moſéh ad vniuerſam ſynagogam filiorum Iſrael, his verbis, Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh, dicendo,
5 Accipite à vobis oblationem Iehouæ: omnis ſpontaneus corde ſuo, afferet eam *oblationem* Iehouæ, aurum, argentum, & æs,
6 Et hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum, & caprarum *pilos*,
7 Et pelles arietum rubricatas, & pelles taxorum, & ligna Sittím,
8 Et oleum pro luminari, & aromata pro oleo vnctionis, & ad ſuffimentum aromaticum.

## DE INSTRUMENTO TABERNACULI Concha.

**Exod. cap. XXX. verſ. XVII.**

Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
18 Facies item concham æneam, & baſim eius æneam ad lauandum: ponéſque illam inter tabernaculum eccleſiæ & altare: ac pones in ea aquam.
19 Lauabunt Aharón & filij eius ex ea manus ſuas & pedes ſuos.
20 Quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ, lauabunt ſe aqua, & non morientur: aut quum appropinquauerint ad altare vt miniſtrent, vt incendant oblationem ignitam Iehouæ.
21 Lauabunt inquam manus ſuas & pedes ſuos, ne moriantur: erítque illis ſtatutum perpetuum, illi & ſemini eius per generationes ſuas.

## ALTARE HOLOCAUSTORUM.

**Exod. cap. XXVII. verſ. I.**

Facies & altare è lignis Sittím: quinque cubitorum *erit* longitudo, & quinque cubitorum latitudo, quadratum erit altare: & trium cubitorum altitudo eius.
2 Huic facies cornua in quatuor angulis eius: ex ipſo erunt cornua eius, tegéſque illud ære.
3 Facies præterea lebetes eius ad repurgandum cinerem eius, & ſcopas eius, & crateras eius, & tridentes eius, & receptacula eius: omnia vaſa eius facies ex ære.
4 Facies illi & cribrum opere retis æreum: & in illo reti quatuor annulos in quatuor extremitatibus eius.
5 Ponéſque illud ſub ambitu altaris infernè, & erit rete illud vſque ad medium altaris.
6 Facies præterea vectes altari, vectes *inquam* è lignis Sittím, & cooperies eos ære.
7 Inducentúrque vectes eius in illos annulos: & erunt vectes illi in vtroque latere altaris, dum portabitur illud.
8 Cauum tabulis facies illud: quemadmodum oſtendit tibi in monte, ſic facient.

## ALTARE SUFFITUS.

**Exod. cap. XXX. verſ. I.**

Facies & altare incenſi thymiamatis, ex lignis Sittím facies illud.
2 Cubitus longitudo eius, & cubitus latitudo eius, quadratũ erit: & duo cubiti altitudo eius, ex ipſo cornua eius.
3 Teges autem illud auro puro, tectum eius & parietes eius per circuitum, & cornua eius: faciéſque illi coronam auream per circuitum.

4 Duos

4 Duos præterea annulos aureos facies ei infra coronā eius in duobus angulis eius, in vtroque latere eius, & per illos traiicientur vectes ad portandum illud cum eis.
5 Facies autem illos vectes ex lignis Sittim, & teges eos auro.
6 Et pones illud ante velum quod eſt iuxta arcam teſtimonii, ante propiciatorium quod eſt ſuper teſtimonium, vbi conueniam tecum.

## CANDELABRUM.

*Exod. cap.* XXV. *ver.* XXXI.

FAcies item candelabrum ex auro puro: ductile fiet candelabrum illud: haſtile eius: & calamus eius, ſcyphi eius, ſphærulæ eius, & flores eius ex ipſo erunt.
32 Et ſex calami egredientur è lateribus eius: tres calami candelabri ex latere eius vno, & tres calami *alii* candelabri ex latere eius altero.
33 Tres calyces in ſpeciē nucis amygdalinæ deformati *erunt* in calamo vno, ſphærula, & flos: & tres calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati in calamo altero, ſphærula, & flos: ſic de ſex calamis egredientibus è candelabro.
34 Et in cādelabro *erunt* quatuor calyces in ſpeciem nucis amygdalinæ deformati, ſphærulæ eius & flores eius.
35 *Erit*que ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo, ſphærula item ſub duobus calamis ex ipſo, & ſphærula ſub duobus calamis ex ipſo: *ſic* ſex calamis egredientibus è candelabro.
36 Sphærulæ eorum & calami eorum ex ipſo erunt: totum ipſum ductile vnum, ex auro puro.
37 Facies quoque lucernas eius ſeptem, quas collocabis in ſublimi, vt luceant ad latus faciei eius.
38 Et forcipes ipſius, & receptacula eius ex auro puro.
39 Talento auri puri faciet illud, & omnia vaſa iſta.
40 Vide autem vt facias iuxta ſimilitudinem ſuam, quæ tibi oſtenſa eſt in Monte.

## MENSA.

*Exod. cap.* XXV. *verſ.* XXIII.

FAcies præterea menſam è lignis Sittím: duorum cubitorum erit longitudo eius, & cubiti *vnius* latitudo eius: cubiti verò & dimidii altitudo eius.
24 Et teges eam auro puro, faciéſque ei coronam auream in circuitu.
25 Facies quoque ei clauſuram latam quatuor digitos in circuitu: faciéſque coronam auream clauſuræ illi in circuitu.
26 Facies inſuper ei quatuor annulos aureos, quos pones in quatuor angulis qui ſunt in quatuor pedibus eius.
27 Eregione illius clauſuræ erunt annuli per quos traiicientur vectes ad portandū mēſam.
28 Faciéſque vectes illos è lignis Sittím, & operies eos auro, & feretur illis menſa.
29 Facies etiam ſcutellas eius, & cochlearia eius, & opercula eius, & cratêres eius quibus tegetur: ex auro mundo facies ea.
30 Et pones ſuper menſam illam panem facierum coram me iugiter.
CAP. 26. verſ. 35. Pones quoque menſam illam extra velum, & candelabrum eregione menſæ in latere tabernaculi ad Meridiem, & menſam pones in latere Aquilonis.

## ARCA.

*Exod. cap.* XXV. *verſ.* X.

FAcient etiam arcam è lignis Sittim: duorum cubitorum & ſemis erit longitudo eius: cubitus verò & ſemis, latitudo eius: cubiti item & ſemis, altitudo.
11 Operiéſque eam auro puro intrinſecus & extrinſecus, operies *inquam* eam, faciéſque ſuper eam coronam auream in circuitu.
12 Fundes quoque ei quatuor annulos aureos, quos pones ad quatuor angulos eius: duos videlicet annulos in latere eius vno, & duos annulos in latere eius altero.
13 Facies præterea vectes ex lignis Sittím, quos cooperies auro.
14 Inducéſque vectes in annulos *qui ſunt* in lateribus illius arcæ, vt illis deferatur arca.
15 In annulis illius Arcæ erunt vectes, non remouebuntur ab ea.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0021

16 Poneſque in Arca Teſtimonium quod dabo tibi.
17 Facies & Propitiatorium ex auro mundo: duorum cubitorum & dimidii erit longitudo eius, cubiti verò & dimidii latitudo eius.
18 Facies etiam duos Cherubím aureos: ductiles facies eos in duabus extremitatibus Propitiatorii.
19 Facies autem Cherúb vnum in extremo hinc, & Cherúb alterum in extremo inde: ex Propiciatorio facietis Cherubím duabus extremitatibus eius.
20 Expandéntque Cherubím duas alas supernè tegêtes alis ſuis Propitiatorium, & ſe mutuò aſpicient: ad propitiatorium erunt facies Cherubím.
21 Pones autem Propitiatorium ſuper Arcam ſupernè, & in Arca pones Teſtimonium quod dabo tibi.
22 Conueniámque tecum illuc, & loquar tecum è Propitiatorio inter duos Cherubím, quod eſt ſuper Arcam Teſtimonii, quæcunque præcipiam tibi *dicenda* filiis Iſraél.
CAP. 26. v. 33. Poneſque velum ſub vncinis, & introduces illuc intra velũ Arcam Teſtimonij: diuidétque velum illud vobis inter Sanctum, & Sanctum ſanctorum.
34 Pones inſuper Propitiatorium ſuper Arcam Teſtimonij in Sancto ſanctorum.

## DE SACERDOTIBUS ET EORUM *Habitu.*

*Exod. cap.* XXVIII. *verſ.* I.

TV autem accerſe ad te Aharonem fratrem tuum, & filios eius ſecum è medio filiorum Iſraél, vt ſacerdotio fungatur mihi Aharón, Nadáb & Abihú, Elazar & Ithamár filii Aharón.
2 Et facies veſtes ſacras Aharoni fratri tuo, in gloriam & decorem.
3 Tu itaque alloquêris omnes ſapientes corde, quos repleui ſpiritu ſapientiæ, vt faciant veſtes Aharón, ad ſanctificandum eum, vt ſacerdotio fungatur mihi.
4 Hæ ſunt autem veſtes quas facient, Pectorale, & Ephod, & pallium, & tunicam occellatam, mitram & balteum: facient inquam veſtes *has* ſacras Aharoni fratri tuo, & filiis eius, vt ſacerdotio fungantur mihi.
5 Qui accipient aurum, & hyacinthum, & purpuram, & vermiculum cocci, & byſſum.
6 Facient autem Ephod ex auro, hyacintho, & purpura, vermiculo cocci, & byſſo retorta, opere phrygionico.
7 Duæ oræ iunctæ erunt in duabus extremitatibus eius, & *ita* coniungetur.
8 Cingulum autem ipſius Ephod eius quod in eo *erit*, ſimile erit texturæ ipſius, ex ipſo erit, *nempe* ex auro, hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta.
9 Accipies quoque duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſraél
10 Sex è nominibus eorum in lapide vno, & nomina ſex reliqua in lapide altero, ſecundum generationes eorum.
11 Opere artificis lapidum & ſculpturis annuli ſculpes duos illos lapides, nominibus filiorum Iſraél: circundatos palis aureis facies eos.
12 Poneſque duos illos lapides in lateribus Ephod, lapides memoriæ *pro* filiis Iſraél: & feret Aharón nomina eorum coram Iehouah in duobus humeris ſuis ad memoriam.
13 Facies itaque palas aureas.
14 Et duas catenas ex auro puro terminatas, facies opere plectili, inſeréſque catenas plectiles palis illis.
15 Facies deinde pectorale iudicii, opere phrygionico: ſicut opus Ephod facies illud, ex auro, & hyacintho, & purpura, & vermiculo cocci, & byſſo retorta.
16 Quadratum erit & duplicatum: palmus erit longitudo eius, & palmus latitudo eius.
17 Et implebis in eo impletione lapidum quatuor ordines lapidum: ordo *erit talis*, Sardius, Topazius, & Carbunculus, ordo primus.
18 Ordo verò ſecundus, Smaragdus, Sapphirus, & Iaſpis.
19 Ordo præterea tertius, Lyncurius, Achates, & Amethyſtus.
20 Poſtremò ordo quartus, Chryſolithus, Onychinus, & Beryllus, conſtricti auro *erunt* in plenitudinibus ſuis.
21 Porrò lapides illi erunt iuxta nomina filiorum Iſraél, duodecim, ſecundum nomina ipſorum, ſculpturis annuli ſinguli iuxta nomen ſuum, erunt duodecim tribubus.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0022

22 Facies & in Pectorali catenas termini opere plectili ex auro puro.
23 Facies etiam in pectorali duos annulos aureos, & illos duos annulos pones in duabus extremitatibus pectoralis.
24 Pones item duas catenas aureas in duobus annulis in extremitatibus pectoralis.
25 Et duas extremitates duarū catenarum inſeres duabus palis, & pones in lateribus ephod à fronte ipſius.
26 Facies & duos annulos aureos, quos pones in duabus extremitatibus ipſius pectoralis in ora eius, quæ eſt in latere ipſius ephod intrinſecus.
27 Facies item duos *alios* annulos aureos, quos pones in duobus lateribus ipſius ephod infernè à fronte eius, eregione coniunctionis eius ſupra baltheum ephod.
28 Ita iungent pectorale annulis ſuis ad annulos ipſius ephod filo hyacinthino, vt ſit ſupra baltheum ipſius ephod, neque ſeparetur pectorale ab ephod.
29 Itaque feret Aharón nomina filiorum Iſraél in pectorali iudicij ſupra cor ſuum, quando ingredietur in ſanctuarium, in memoriam coram Iehouáh iugiter.
30 Pones autem in pectorali iudicij Vrím & Thummím, vt ſint ſuper cor Aharón quando ingredietur coram Iehouáh: geſtabítque Aharón iudicium filiorum Iſraél ſuper cor ſuū coram Iehouáh ſemper.
31 Facies & pallium ipſius ephod totum ex hyacintho.
32 Et erit foramen ſummæ partis eius in medio eius: labrum *erit* foramini illius in circuitu opere textoris, ſicut foramen loricæ erit ei, ne rumpatur.
33 Facies & in fimbriis eius malogranata ex hyacintho & purpura & vermiculo cocci: in fimbriis *inquam* eius per circuitum, & tintinnabula aurea in medio illorum per circuitum.
34 Tintinnabulum aureum vnum & malogranatum, tintinnabulum aureum *alterum* & malogranatum in fimbriis pallij per circuitum.
35 Erit autem ſuper Aharón ad miniſtrandum, & audietur ſonus eius quando ingredietur Sanctuarium coram Iehouáh, & quando egredietur: & non morietur.
36 Facies inſuper laminam ex auro puro, & ſculpes in ea ſculpturis annuli, Sanctitas ipſi Iehouæ.
37 Quam pones in filo hyacinthino, erítque ſuper cidarim, ex aduerſo faciei cidaris erit.
38 Et erit ſupra frontem Aharón, ferétque Aharón iniquitatem ſanctificationum quas ſanctificabunt filij Iſraél in omnibus muneribus ſanctificationum ſuarum: erit inquam ſupra frontem eius iugiter in beneplacitum eis coram Iehouáh.
39 Et facies opere ocellato tunicam byſſinam, facies item cidarim byſſinam, cingulum quoque facies opere phrygionico.
40 Filiis autem Aharón facies tunicas, facies quoque illis cingula & pileos ad gloriam & decorem.
41 Et veſties illis Aharón fratrem tuum, & filios eius cum illo: atque vnges illos, implebíſque manum eorum, & ſanctificabis eos, vt ſacerdotio fungantur mihi.
42 Fac eis & feminalia linea ad tegendam carnem turpitudinis: à lumbis vſque ad femora erunt.
43 Erúntque ſuper Aharón & ſuper filios eius quando ingredientur tabernaculum eccleſiæ, aut quum accedent ad altare vt miniſtrent in ſanctitate: & non ferent iniquitatem, neque morientur. Statutum perpetuum illi, & ſemini eius poſt eum.

## DE LEVITARVM DELECTV.

*Num. cap.* XVIII. *verſ.* VI.

Siquidem ego tuli fratres veſtros Leuitas è medio filiorum Iſraél, vobis donum, datos Iehouæ, vt miniſtrent in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.
Cap.3. v.9 Da inquam Leuitas ipſi Aharón & filiis eius: dati, dati *nanque ſunt* illi à filijs Iſraél.
10 Aharón autem & filios eius præficies, cuſtodiéntq; ſacerdotium ſuum: externus ſanè qui acceſſerit, morietur.
11 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
12 Ego quidem tuli Leuitas è medio filiorum Iſraél, loco omnis primogeniti quod aperit vuluam, à filiis Iſraél, erúntque mei Leuitæ.
13 Meum nanque eſt omne primogenitum: à die quo percuſsi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificaui mihi omne primogenitum in Iſraele: tam ex hominibus quàm ex animalibus, mea erunt: ego Iehouáh.

14 Loquutus eſt inſuper Iehouáh Moſéh in deſerto Sinái, dicendo,
15 Numera filios Leui per domos patrũ ſuorum, per familias ſuas: omnem maſculum ab vno menſe & ſuprà, numerabis.
16 Numerauit itaque eos Moſéh iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum iuſſus fuerat.
& 39 Omnes numerati Leuitarum, quos numerauit Moſéh & Aharón iuxta ſermonẽ Iehouæ per familias eorum, omnes mares ab vno menſe & ſuprà, duo & viginti millia.
40 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Numera omne primogenitum maſculum filiorum Iſraél ab vno menſe & ſuprà, & accipe numerum nominum eorum.
41 Capiéſque Leuitas mihi (ego Iehouáh) loco omnium primogenitorum filiorum Iſraél & beſtias Leuitarum loco omnium primogenitorum ex beſtiis filiorum Iſraél.
42 Numerauit itaque Moſéh quemadmodum ei præceperat Iehouáh, omnem primogenitum in filiis Iſraél.
43 Fuerúntque omnia primogenita maſculea, ſecundum numerum nominum, ab vno filio menſis & ſuprà, per numeratos eorum, duo & viginti millia & ducenti ſeptuaginta tres.
44 Loquutúſque eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
45 Cape Leuitas loco omnium primogenitorum in filiis Iſraél, & beſtias Leuitarum pro beſtiis eorum, erúntque mei Leuitæ. ego Iehouáh.
46 Porrò redemptiones ducentorum ſeptuaginta trium redundant vltra Leuitas: à primogenitis filiorum Iſraél.
47 Capies, quinos ſeclos in ſingula capita, ſecundum ſeclum ſanctuarij capies: viginti obolorum eſt ſécel.
48 Dabíſque pecuniam illam Aharoni & filiis eius, redemptiones eorum qui exuperant in illis.
49 Accepit ergo Moſéh pecuniam redemptionis ab iis qui ſuperabant vltra redemptos Leuitarum:
50 A primogenitis filiorum Iſraél accepit pecuniam mille trecẽtos ſexaginta quinque *ſeclos* ſecundum ſeclum ſanctitatis.
51 Dedítque Moſéh pecuniam redemptionum Aharoni & filiis eius, iuxta ſermonem Iehouæ, quemadmodum præceperat illi Iehouáh.
Cap. 8. v. 14 Ac ſegregabis Leuitas è medio filiorum Iſraél, erunt mei Leuitæ.
15 Poſtea autem venient Leuitæ ad miniſtrandum in tabernaculo eccleſiæ, & expiabis illos, offerésque eos oblationem:
16 Quia dati, dati *inquam* ſunt mihi è medio filiorum Iſraél pro aperiente omnem vuluam, pro primogenito omnium filiorum Iſraél accepi eos mihi.
17 Meus eſt enim omnis primogenitus in filiis Iſraél, tam hominum quàm iumẽtorum: à die quo percuſsi omne primogenitum in terra Ægypti, ſanctificaui illa mihi.
18 Cepi autem Leuitas pro omni primogenito in filiis Iſraél.
19 Et dedi Leuitas *dono* datos Aharoni & filiis eius è medio filiorum Iſraél, vt fungantur officio filiorum Iſraél in tabernaculo eccleſiæ, & expient filios Iſraél: neque ſit in filiis Iſraél plaga, quum ipſi appropinquauerint ſanctuario.
& 23 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
24 Hoc *quoque* eſt quod ad Leuitas *pertinet*, à viceſimoquinto anno & ſuprà ingredientur militare militiam in cultu tabernaculi eccleſiæ.
25 A quinquageſimo autem anno reuertetur à militia cultus, nec miniſtrabit vltrà:
26 Sed miniſtrabit cum fratribus ſuis in tabernaculo eccleſiæ, vt munere *ſuo illi* fungantur: at miniſterium non adminiſtrabit. ſic facies de Leuitis in cuſtodiis eorum.

## *DE FUNCTIONE SACERDOTUM in genere.*

*Num. cap. III. verſ. X.*

Aharón autem & filios eius perficies, cuſtodiéntque ſacerdotium ſuum: externus ſanè qui acceſſerit, morietur.
Cap. 18. v. 1 Et dixit Iehouáh ad Aharón, Tu, & filij tui, & domus patris tui tecum portabitis iniquitatem Sanctuarij: tu quoque & filij tui tecum portabitis iniquitatem ſacerdotij veſtri.
2 Et etiam fratres tuos, tribum Leui, tribum patris tui, accedere fac ad te, & adhæreant tibi, miniſtréntque tibi: tu autem & filij tui tecum *ſtabitis* coram tabernaculo teſtimonij.

& 5 Cuſtodietis

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0024

5 Cuſtodietis igitur cuſtodiam Sanctitatis, & cuſtodiam altaris, ne ſit poſthac ira aduerſus filios Iſraél.

& 7 Tu autem & filij tui tecum cuſtodietis ſacerdotium veſtrum in omnibus quæ pertinent ad altare & intra velum: & miniſtrabitis: miniſtrationem doni poſui ſacerdotium veſtrū: ideo externus qui acceſſerit, morietur.

## *In docendo.*

*Deuter. cap.* XVIII. *verſ.* IX.

QVum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, non diſces facere ſecundū abominationes Gentium illarum.

10 Non inuenietur in te qui tranſire faciat filium ſuum aut filiam ſuam per ignem, diuinans diuinationes, præſtigiator, & augur, neque maleficus:

11 Neque incantator, neque interrogās pythonem: neque magus, neque quærens à mortuis.

12 Abominatio enim Iehouæ eſt quicunque facit hęc, & propter abominationes iſtas Iehouáh De⁹ tuus eiicit illas à facie tua.

13 Perfectus eris cum Iehoua Deo tuo.

14 Gentes enim iſtæ quas poſſeſſurus es, ariolos & diuinos conſulunt: tu autem non ſic: dedit *enim* tibi Iehouáh Deus tuus.

15 Prophetam è medio tui è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouáh Deus tuus, illum audietis:

16 Iuxta omnia quę poſtulaſti à Iehoua Deo tuo in Horéb, in die cōgregationis, dicendo, Ne addam audire vocem Iehouæ Dei mei, neque ignem magnum iſtum videam amplius, ne moriar.

17 Et dixit Iehouáh mihi, Bene egerunt *in hoc* quod loquuti ſunt.

18 Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſicut tu, & ponam verba mea in ore eius, & loquetur eis omnia quæ præcepero illi.

CAP. 12. V. 28 Cuſtodi, & audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te vſque in ſęculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ Dei tui.

29 Quum exciderit Iehouáh Deus tuus gentes ad quas tu pergis vt poſſideas eas, à facie tua, & poſſederis eas, habitaueríſque in terra earum:

30 Caue tibi ne illaquees te *eundo* poſt eas, poſtquam perierint à facie tua: ne inquiras de diis earum, dicendo, Quomodo colebant gentes illæ Deos ſuos: & faciam ſic etiam ego:

31 Non facies ſic Iehouæ Deo tuo: quia omnem abominationem Iehouæ quam odit, fecerunt diis ſuis: nam etiam filios ſuos & filias ſuas comburebant igni diis ſuis.

32 Quicquid ego præcipio vobis, cuſtodietis vt faciatis: non addes ad illud, neque diminues ex eo.

CAP. 17. V. 8 Si latuerit te aliquid in iudicio, inter ſanguinem & ſanguinem, inter cauſam & cauſam, inter plagam & plagam, *in* rebus rixarū intra portas tuas, tunc ſurges, & aſcendes ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus.

9 Et venies ad Sacerdotes Leuitas, & ad Iudicem qui fuerit in diebus illis, & quæres, & indicabunt tibi verbum iudicij.

10 Et facies iuxta verbum quod indicauerint tibi è loco illo quem elegerit Iehouáh, & obſeruabis facere iuxta omnia quæ docuerint te:

11 Iuxta legem quam docuerint te, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, facies: non declinabis à verbo quod indicauerint tibi, ad dexteram aut ad ſiniſtram.

12 Vir autem qui fecerit per ſuperbiam vt non obediat ſacerdoti qui ſteterit vt miniſtret illic coram Iehoua Deo tuo, aut Iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Iſraele:

13 Vt vniuerſus populus audiat & timeat, & non ſuperbe agat vltrà.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXVI.

NOn comedetis *carnes* cum ſanguine. Non augurabimini, neque obſeruabitis tempora.

& 31 Ne vertatis vos ad pythones & ad haruſpices, ne conſulatis *eos*, vt polluatis vos in eis: ego Iehouáh Deus veſter.

CAP. 10. V. 9 Vinum & ſechâr non bibes tu & filij tui tecum, quum intraturi eſtis tabernaculum eccleſiæ, & non moriemini: ſtatutum perpetuum eſt in generationes veſtras.

10 Tum vt diſcernatis inter ſanctum & profanum, & inter immundum & mundum.

11 Tū vt doceatis filios Iſraél omnia ſtatuta quæ loquutus eſt Iehouáh ad eos per manum Moſéh.

Cap.30.v.9. Scripſítque Moſeh Legem iſtam,& dedit eã Sacerdotibus filiis Leui portãtibus arcam fœderis Iehouæ,& omnibus Senioribus Iſrael.

## *In benedicendo.*

*Num. cap.* VI. *verſ.* XXII.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
23 Alloquere Aharón & filios eius,dicendo,Sic benedicetis filiis Iſrael,dicendo eis,
24 Benedicat tibi Iehouáh,& cuſtodiat te:
25 Lucere faciat Iehouáh faciem ſuam ſuper te,& miſereatur tui:
26 Attollat Iehouáh faciem ſuam ad te,& ponat in te pacem.
27 Et ponent nomen meum ſuper filios Iſraelis: & ego benedicam eis.

## *In offerendo.*

Quæ functio,quia latiſsimè patet,his capitibus definitur.

### *QVALES VICTIMAS ESSE OPORTEAT.*

*Leuit. cap.* XXII. *verſ.* XVIII.

ALloquere Aharón & filios eius,& omnes filios Iſraél,& dicas illis,Quicunque è domo Iſraelis,& è peregrinis in Iſraele obtulerit oblationem ſuam pro omnibus votis ſuis, & pro omnibus oblationibus ſpontaneis ſuis,quæ obtulerint Iehouæ in holocauſtũ:
19 Sponte veſtra *offeretis* immaculatum maſculum, ex bobus, ex agnis,& ex capris.
20 Omne in quo fuerit macula, non offeretis: quia non acceptabile erit pro vobis.
21 Vir autem quum obtulerit ſacrificium pacificorum Iehouæ, ad ſoluendum votum, vel ad voluntariè offerendum, ex bobus, vel ex ouibus, immaculatum, erit acceptabile *Deo*, nullum vitium erit in eo.
22 Cæcum, aut fractum,vel conciſum *labiis*,aut verrucatum,vel ſcabioſum,vel impetiginoſum, non offeretis iſta Iehouæ,neque oblationem ignitam dabitis ex his ſuper altare Iehouæ.
23 Et bouem & pecus ſuperfluum aut diminutum,pro oblatione voluntaria facies:at pro voto non placebit.
24 Concuſſum & contuſum, ruptum & exciſum non offeretis Iehouæ,& in terra veſtra non facietis.
25 De manu autem alienigenæ non offeretis panem Dei veſtri ex omnibus iſtis,quia corruptio eorũ eſt in ipſis,macula eſt in eis: non accepta erunt *pro* vobis.
26 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
27 Bos, vel agnus, vel capra, quum natus fuerit, erit ſeptem diebus ſub matre ſua:à die autem octauo & deinceps,erit gratum in oblationem ſacrificij igniti Iehouæ.
28 Bouem autem vel pecus, ipſum & filium eius: non mactabitis die vna.

*Deut. cap.* XV. *verſ.* XXI.

QVòd ſi fuerit in eo macula, *aut fuerit* cæcũ vel claudum, *aut* quouis *alio* vitio *deturpatum*, nõ ſacrificabis illud Iehouæ Deo tuo.

Cap.17.v.1. Nõ ſacrificabis Iehouæ Deo tuo bouem, aut agnum, in quo fuerit macula, *aut* quidpiã vitii: quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt.

### *DE IGNE IVGI.*

*Leuit.* VI. *verſ.* XII.

ET ignis *qui erit* ſuper altare, ſuccendetur in eo, non extinguetur: & ſuccendet in eo ſacerdos ligna quotidie manè, & ordinabit ſuper illud victimã holocauſti, adolebítque ſuper illud adipes pacificorum.
13 Ignis perpetuò ardebit in altari,non extinguetur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0026

## DE RITU HOLOCAUSTORUM.

*Leuit. cap. I. ver. I.*

VOcauit autem Moſéh, & loquutus eſt Iehouáh cum eo è tabernaculo eccleſiæ, dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraél, & dic ad eos, Homo quum offeret ex vobis oblationem Iehouæ: de animalibus, de bobus, & de pecudibus offeretis oblationem veſtram.
3 Si holocauſtum *fuerit* oblatio eius, de bobus, maſculum immaculatum offeret eum: ad oſtium tabernaculi eccleſiæ offeret eum ſponte ſua in conſpectu Iehouæ.
4 Et admouebit manum ſuam ſuper caput holocauſti, & acceptabilis erit illi ad expiandum ipſum.
5 Tunc mactabit iuuencum in conſpectu Iehouæ: offeréntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem, ac ſpargent illum ſuper altare in circuitu, quod erit ad hoſtium tabernaculi eccleſiæ.
6 Et excoriabit holocauſtum, concidétque in fruſta ſua.
7 Ponéntque filii Aharón ſacerdotes ignem ſuper altare, & diſponent ligna ſuper ignem.
8 Poſt hæc diſponent filii Aharón ſacerdotes fruſta illa, caput & adipem ſuper ligna ſuperpoſita igni qui eſt ſuper altare.
9 Et inteſtina eius & crura eius lauabit aqua & adolebit ſacerdos omnia *ſuper* altare: holocauſtum eſt, oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
10 Quòd ſi de pecoribus *fuerit* oblatio eius, de ouibus, vel de capris in holocauſtum, maſculum immaculatum offeret eum:
11 Mactabítque illum ad latus altaris ad Aquilonem in conſpectu Iehouæ: ſpargéntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem eius ſuper altare in circuitu.
12 Et concídet eum in fruſta ſua, & caput eius, & adipem eius: ordinabítque ea ſacerdos ſuper ligna, ſuperpoſita igni qui eſt ſuper altare.
13 Et inteſtina & crura lauabit aqua: offerétq; ſacerdos omnia, adolebítque ſuper altare: holocauſtum eſt, oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
14 Si autem de auibus fuerit holocauſtum oblatio ipſius Iehouæ, tum offeret de turturibus aut de columbis oblationem ſuam.
15 Et offeret illam ſacerdos ſuper altare, & vngue ſecabit caput ipſius: & adolebit ſuper altare, exprimetúrque ſanguis eius ſuper parietem altaris.
16 Et remouebit veſiculam eius cum pluma ipſius, proiiciétque illam prope altare ad Orientem ad locum cineris.
17 Et findet illam cum alis ſuis, neque diuidet: adolebítque eam ſacerdos *ſuper* altare, ſuper ligna quæ fuerunt ſuper ignem: holocauſtum eſt oblatio ignita odoris quietis Iehouæ.
CAP. 6. V. 9 Præcipe Aharón & filiis eius, dicendo, Hæc eſt lex holocauſti (eſt holocauſtum propter aduſtionem ſuper altare tota nocte vſque manè: & ignis altaris ſuccendetur in eo.)
10 Induet ſe ſacerdos veſte linea, feminalibus item lineis induet ſe ſuper carnem ſuam: tollétque cinerem quũ aſſumpſerit ignis holocauſtum, ab altari, & ponet illum apud altare.
11 Poſt exuet ſe veſtes ſuas, & induet ſe veſtibus aliis, efferétque cinerem extra caſtra, ad locum mundum.
CAP. 7. V. 37 Hæc eſt lex holocauſti, minhæ, & ſacrificii pro peccato, & ſacrificii pro delicto, & conſecrationum, & ſacrificii pacificorum:
38 Quam præcepit Iehouáh Moſéh in monte Sinái, die quo præcepit filiis Iſrael vt offerrent oblationes ſuas Iehouæ in deſerto Sinái.

## DE RITU PACIFICORUM.

*Leuit. cap. III. verſ. I.*

QVòd ſi ſacrificium pacificorũ fuerit oblatio eius, ſi de bobus ipſe offeret, ſiue maſculum ſiue fœminam *offerat*, immaculatum offeret eum in conſpectu Iehouæ.
2 Et imponet manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ, & immolabit eã *ad* oſtium tabernaculi eccleſiæ: fundéntque filii Aharón ſacerdotes ſanguinem ſuper altare per circuitum.
3 Poſtea offeret de ſacrificio pacificorum oblationem ignitam Iehouæ, adipem operientem inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper illa.
4 Et duos renes, adipémque qui eſt ſuper ipſos, & qui eſt ſuper ilia, & fibram cum iecore,

cum renibus remouebit.
5 Adolebunt autem *omne* illud filii Aharón ſuper altare vnà cum holocauſto quod erit ſuper ligna ſuperpoſita igni: oblatio ignita eſt odoris quietis Iehouæ.
6 Quòd ſi de pecudibus *fuerit* oblatio eius in ſacrificium pacificorum Iehouæ, maſculũ aut fœminam, immaculatum offeret eum.
7 Si *verò* agnum offerat oblationem ſuam, tum offeret illum in conſpectu Iehouæ.
8 Imponétque manum ſuam ſuper caput oblationis ſuæ: poſtea mactabit eum in conſpectu tabernaculi eccleſiæ: & ſpargent filii Aharón ſanguinem eius ſuper altare per circuitum.
9 Et offeret de ſacrificio pacificorum oblationem ignitam Iehouæ, adipem eius, caudam integram, eregione ſpinæ dorſi remouebit eam: adipem quoque operientẽ inteſtina, atque omnem adipem qui eſt ſuper illa.
10 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus remouebit.
11 Adolebítque illud ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt Iehouæ.
12 Si verò capra *fuerit* oblatio eius, tum offeret eam in conſpectu Iehouæ.
13 Ponétque manum ſuam ſuper caput eius, & mactabit eam coram tabernaculo eccleſiæ: & ſpargent filii Aharón ſanguinem eius ſuper altare per circuitum.
14 Poſtea offeret ex ea oblationem ſuam, oblationem ignitam Iehouæ, adipem operientem inteſtina, & omnem adipem qui eſt ſuper illa.
15 Et duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur, cum renibus remouebit.
16 Adolebítque ea ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt odoris quietis. omnis adeps, Iehouæ eſt.
Cap. 7. v. 29 Loquere ad filios Iſrael, dicẽdo, Offerens ſacrificium pacificorum ſuorũ Iehouæ, afferet oblationem ſuam Iehouæ de hoſtia pacificorum ſuorum.
30 Manus eius afferẽt oblationes ignitas Iehouæ, adipem cum pectuſculo afferet: pectuſculum *quidem* ad agitandum illud agitatione coram Iehoua.
31 Adolebit verò ſacerdos adipẽ *ſuper* altare: & erit pectuſculum illud Aharoni & filiis eius.

## DE RITV SACRIFICIORVM SECVNDVM ſuas ſpecies.

### *PRO PECCATO ADMISSO ignorantia iuris.*

*Leuit. cap.* IIII. *verſ.* I.

ALloquutus eſt præterea Iehouáh Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraél, dicendo, Anima quum peccauerit per errorem ex omnibus præceptis Iehouæ quæ non ſunt facienda, feceritque *quidpiam* de vno ex illis:
3 Si ſacerdos vnctus peccauerit ſecundum delictum populi, offeret ſacrificium pro peccato ſuo quod peccauit, iuuencum vitulum immaculatum Iehouæ pro peccato.
4 Adducétque iuuẽcum illum ad oſtium tabernaculi eccleſiæ in conſpectu Iehouæ, & admouebit manum ſuam ſuper caput iuuenci: mactabítque iuuencum in conſpectu Iehouæ.
5 Accipiétque ſacerdos vnctus de ſanguine iuuenci, & inferet eum in tabernaculum eccleſiæ.
6 Dein ſacerdos tinget digitũ ſuum in ſanguine, aſpergétque de ſanguine illo ſeptem vicibus coram Iehouáh, ante velum ſanctitatis.

7 Ponétque

*Num. cap.* XV. *verſ.* XXII.

QVúmque erraueritis, & non feceritis omnia præcepta iſta que dixit Iehouáh ad Moſéh.
23 Omnia *inquam* quæ præcepit Iehouáh vobis per Manum Moſéh à die qua præcepit Iehouáh, & vltrà per generationes veſtras:
24 Tum fiet ſi clam congregatione factum fuerit per errorem, faciet vniuerſa cõgregatio iuuencum filium bouis vnum in holocauſtum in odorem quietis Iehouæ, minham quoque eius, & libamen eius ſecũdum normam, & hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato.
25 Expiabítque ſacerdos vniuerſam cõgregationem filiorum Iſraél, & condonabitur illis, quia error eſt: & illi offerent oblationem ſuam *in* oblationem ignitam Iehouæ, & *in* oblationem pro peccato ſuo coram Iehoua, propter errorem ipſorum.
26 Et condonabitur vniuerſæ congregationi filiorum Iſraél, & peregrino qui peregrinatur in medio illorum, quia vniuerſi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0028

7 Ponétque ſacerdos de ſanguine iſto ſuper cornua altaris ſuffimenti aromatici coram Iehouáh, quòd eſt in tabernaculo eccleſiæ: totum autem ſanguinem *reliquum* iuuenci effundet ad baſim altaris holocauſti quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

8 Totum præterea adipem iuuẽci *oblati* pro peccato, tollet ab eo: *nempe* adipem operientem inteſtina, & totum adipem qui eſt ſuper ea.

9 Duos quoque renes,& adipem qui eſt ſuper eos, *&* qui eſt ſuper ilia, & fibram *quæ eſt* ſuper iecur,cum renibus auferet.

10 Quemadmodum tollitur à boue ſacrificii pacificorum: adolebítque ea ſacerdos ſuper altare holocauſti.

11 Pellem præterea iuuenci,& omnem carnem eius,cum capite eius & cruribus eius,& inteſtina eius,& fimum eius.

12 Educétque totum iuuencum extra caſtra ad locum mundum, ad *locum* vbi effunditur cinis,& comburet eum ſuper ligna igni: in loco inquam vbi effunditur cinis,comburetur.

13 Quòd ſi tota ſynagoga Iſraël errauerit,& latuerit res in oculis congregationis,& fecerint vnum ex omnibus præceptis Iehouæ quæ non ſunt facienda,& deliquerint.

14 Notum autem fuerit peccatum quod peccauerunt : tunc offeret congregatio iuuencum filium bouis in ſacrificiũ pro peccato,adducéntque illum ante tabernaculum eccleſiæ.

15 Ponéntque ſeniores ſynagogæ manus ſuas ſuper caput iuuenci coram Iehouáh: tunc mactabit iuuencum coram Iehouáh.

16 Inferétque ſacerdos ille vnctus de ſanguine iuuenci in tabernaculum eccleſiæ.

17 Et intinget ſacerdos ille digitum ſuum in ipſo ſanguine,aſpergétque ſeptem vicibus coram Iehouáh ante velum.

18 De ſanguine quoque illo ponet ſuper cornua altaris quod eſt coram Iehouáh, quod *eſt inquam* in tabernaculo eccleſiæ: poſt hæc totum ſanguinem reliquũ effundet ad baſim altaris holocauſti,quod eſt ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

19 Totum autem adipem eius tollet ab eo,& adolebit ſuper altare.

20 Iuuenco verò faciet,quemadmodum fecit iuuẽco oblato pro peccato,ſic faciet ei: atque ita expiabit eos ſacerdos,& remittetur eis.

21 Deinde iuuencum educet extra caſtra,& comburet eum quẽadmodum combuſsit iuuencum priorem: oblatio pro peccato congregationis eſt.

22 Si princeps peccauerit, fecerítque vnum ex omnibus præceptis Iehouæ Dei ſui quæ non ſunt facienda, *& id fecerit* per errorem,& deliquerit:

23 Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatum ſuum quod peccauit: tunc afferet oblationem ſuam hircum caprarum,maſculum immaculatum.

24 Ponétque manum ſuam ſuper caput hirci, & mactabit eum in loco in quo mactare ſolet holocauſtum coram Iehouáh: oblatio pro peccato eſt.

25 Tollétque ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito ſuo, & ponet ſuper cornua altaris holocauſti: *reliquum* autem ſanguinem eius effundet ad baſim altaris holocauſti.

26 Totum verò adipem eius adolebit *ſuper* altare, ſicut adipem ſacrificii pacificorum : & *ita* expiabit illum ſacerdos à peccato eius,& remittetur ei.

27 Quòd ſi anima aliqua peccauerit per errorem, de populo terræ, faciẽdo vnum ex præceptis Iehouæ,quæ non ſunt facienda,& deliquerit:

28 Vel indicauerit ei *quiſpiam* peccatum ſuum quod peccauit: afferet oblationem ſuã capellam caprarum immaculatam fœminam pro peccato ſuo quod peccauit.

29 Admouebítque manũ ſuam ſuper caput oblationis pro peccato, & mactabit oblationẽ illam pro peccato in loco holocauſti.

30 Dein tollet ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo,ponétque ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ab baſim altaris.

31 Totum præterea adipem eius auferet, quemadmodum ablatus fuit adeps à ſacrificio pacificorum: adolebítque ſacerdos *ſuper* altare in odorem quietis Iehouæ : atque *ita* expiabit eum ſacerdos, & remittetur ei.

32 Quòd ſi pecudem attulerit oblationem ſuam pro peccato, fœminã immaculatam afferet.

33 Ponétque manum ſuam ſuper caput illius oblationis pro peccato, & mactabit illam pro ſacrificio peccati,in loco in quo mactare ſolet holocauſtum.

populi error eſt.

27 Quòd ſi anima vna peccauerit per errorem, offeret capram anniculam in ſacrificium pro peccato.

28 Expiabítque ſacerdos animam quæ peccauerit per errorem, quum peccauerit per errorem coram Iehoua : expiabit inquam illam,& remittetur ei.

29 Ciui inter filios Iſraël & peregrino qui peregrinatur inter illos, lex vna erit vobis ei qui fecerit *peccatum* per errorem.

34 Deinde accipiet ſacerdos de ſanguine oblationis pro peccato, digito ſuo, ponétque ſuper cornua altaris holocauſti: totum verò *reliquum* ſanguinem eius effundet ad baſim altaris.

35 Totum præterea adipem eius auferet quemadmodũ auferri ſolet adeps agni à ſacrificio pacificorum, adolebítque illa ſacerdos ſuper altare in oblationem ignitam Iehouæ, atque *ita* expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit, & remittetur ei.

## PRO PECCATO ADMISSO *ignorantia facti.*

*Leuit. cap.* v. *verſ.* II.

VT ſi anima tetigerit aliquam rem immundam, ſiue cadauer feræ immundæ, ſiue cadauer animalis immundi, ſiue cadauer reptilis immundi, *id*que latuerit eam, tunc ipſe immundus *erit*, & deliquit.

3 Aut ſi tetigerit immunditiam hominis in omni immunditia eius qua polluitur, & latuerit eum, & ipſe cognouerit *poſtea*, deliquit.

4 Aut anima ſi iurauerit, proferendo labiis ſe malefacturam, aut benefacturam, ſecũdum omne quod profert homo iuramento, & *id* latuerit eum, & ipſe *poſtea* cognouerit: tunc delinquet in vno ex iſtis.

5 Erit autem, quum deliquerit in vno ex iſtis, & confeſſus fuerit id ſuper quo peccauerit:

6 Adducet oblationem pro delicto ſuo Iehouæ pro peccato ſuo quo peccauerit, fœminam de grege, agnam, aut capellam caprarum pro peccato: & expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo.

7 Quòd ſi facultas afferendæ pecudis defuerit ei, tunc adducet oblationem pro delicto ſuo, quod peccauit, duos turtures, aut duos pullos columbæ Iehouæ: vnum in hoſtiam pro peccato, & alterum in hoſtiam holocauſti.

8 Afferétque illos ad ſacerdotem, & offeret eum qui eſt in hoſtiam pro peccato, priorem: & vngue ſecabit caput ipſius e regione ceruicis eius, & non ſeparabit.

9 Aſpergétque de ſanguine hoſtiæ pro peccato ſuper parietem altaris: & quod ſupereſt de ſanguine, exprimetur in baſim ipſius altaris: oblatio pro peccato eſt.

10 Alterum autem faciet holocauſtum iuxta morem: atque *ita* expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit, & remittetur ei.

11 Si verò non fuerit ei facultas afferendi duos turtures, aut duos pullos columbæ, tunc afferet oblationem ſuam qui peccauerit, decimam partem Ephád ſimilæ in oblationem pro peccato: non ponet ſuper eam oleum, neque ponet ſuper eam thus, quia oblatio pro peccato eſt.

12 Afferet illam inquam ad ſacerdotẽ: tum ſacerdos accipiet ex ea plenum pugillum ſuum odorem eius, & adolebit *ſuper* altare vltra oblationes ignitas Iehouæ: oblatio pro peccato eſt.

13 Et expiabit eum ſacerdos à peccato ſuo quod peccauit in vno de iſtis, & remittetur ei: & erit ſacerdoti ſicut minha.

14 Loquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

15 Anima quum preuaricata fuerit preuaricationem, & peccauerit per errorem *in vna re* ex ſanctificationibus Iehouæ, adducat oblationẽ pro delicto ſuo Iehouæ, arietem perfectum de pecudibus, ſecundum æſtimationem tuam, argenti ſeclorum, ſecundum ſeclum ſanctitatis, pro delicto.

16 Et quod peccauerit in ſanctificatione, reddet, & quintam partem ipſius addet ei, tradétque illud ſacerdoti: ſacerdos verò expiabit eum in ariete oblationis pro delicto, & remittetur ei.

17 Quòd ſi anima peccauerit, & fecerit vnum ex omnibus præceptis Iehouæ, *quæ* non ſunt facienda, & non cognouerit, & deliquerit, & portauerit iniquitatem ſuam.

18 Tunc adducet arietem immaculatum de pecudibus, ſecũdum æſtimationem tuam in oblationem pro delicto, ad ſacerdotem: & expiabit eum ſacerdos ab errore ſuo, quem per errorem admiſit, neque intellexit: & remittetur ei.

19 Delictum eſt, delinquendo deliquit Iehouæ.

CAP. 7. v. 1 Iſta autem *eſt* lex hoſtiæ pro delicto: ſanctificatio ſanctificationum eſt.

2 Quo in loco mactabunt hoſtiam holocauſti, mactabũt hoſtiam pro delicto, & ſanguinem eius ſparget ſuper altare per circuitum.

3 Totum verò adipem eius offeret ex ea, caudam, & adipem operientem inteſtina.

4 Duos

4 Duos quoque renes, & adipem qui eſt ſuper illos qui eſt prope ilia, & fibram ſuper iecur, cum renibus remouebit.

5 Adolebítque illa ſacerdos ſuper altare oblationem ignitam Iehouæ: oblatio pro delicto eſt.

## PRO PECCATO QVOD QVIS NON IMPRUdens, per impietatem tamen non admiſit.

*Leuit. cap.* VI. *verſ.* I.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ipſi Moſéh, dicendo,

2 Anima quum peccauerit, & præuaricata fuerit præuaricationem contra Iehouam, mentitus nempe fuerit proximo ſuo in depoſito, aut in depoſitione manus, aut raptum, aut vim fecerit proximo ſuo:

3 Aut inuenerit amiſſum, & negauerit illud, aut iurauerit falsò in vno ex omnibus quæ facere ſolet homo peccando in ipſis:

4 Quum ergo peccauerit, & deliquerit, tūc reddet raptum quod rapuit, aut vi extortum quod vi extorſit, aut depoſitū, quod depoſitum fuerit apud illum, vel amiſſum quod inuenerit.

*Num. cap.* V. *verſ.* V.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

6 Alloquere filios Iſraél, Vir ſiue mulier quum fecerint *aliquod* ex omnibus peccatis hominum, præuaricando præuaricationem in Iehouam, & deliquerit anima illa.

7 Fatebuntur peccatum ſuum quod fecerūt, & reſtituet delictum ſuum in ſolidum, & quintam eius partem addet ſuper illam, dabítque ei in quem peccauerit.

8 Quòd ſi non fuerit viro illi redemptor cui reſtituat delictum: delictum reſtituetur Iehouæ, ſacerdotis erit, præter arietem expiationum quo expiabit illum.

5 Aut *quidpiam aliud* ex omnibus de quibus iurauerit falsò: tunc reddet illud in ſolidum, & quintum ipſius addet illi, *eíque* cuius erat, reddet illud die oblationis pro delicto ſuo.

6 Oblationem vero pro delicto ſuo adducet Iehouæ arietem integrum è pecudibus, ſecundum æſtimationem tuam, ad faciendum ſacrificium pro delicto ad ſacerdotem.

7 Et expiabit eum ſacerdos coram Iehouáh, & remittetur ei, *expiabit inquam* ab vno ex omnibus quæ facere ſolet *homo* delinquendo in eo.

## LEX SACRIFICIORVM PRO PECCATO ſpecialis.

*Leuit. cap.* VI. *verſ.* XXV.

ALloquere Aharonem, & filios eius, dicendo, Iſta *eſt* lex hoſtiæ pro peccato, In loco in quo mactabitur *hoſtia* holocauſti, mactabitur hoſtia pro peccato coram Iehoua, *quia* ſanctificatio ſanctificationum eſt.

& 30 Et omnis hoſtia pro peccato, de cuius ſanguine inferetur *aliquid* in tabernaculum eccleſiæ ad expiandum in ſanctitate, non comedetur, igni comburetur.

CAP. 7. V. 24. Adeps quidem cadaueris & adeps rapti parabitur in omne opus, ſed comedendo non comedetis illum.

25 Nam quicunque comederit adipem animalis ex quo offeret oblationē ignitam Iehouæ, tunc anima quæ comederit, excidetur è populis ſuis.

& 30 Manus eius afferent oblationes ignitas Iehouæ, adipem cum pectuſculo afferet: pectuſculum *quidem* ad agitandum illud agitatione coram Iehoua.

## DE APPENDICIBVS SACRIFICIORVM.

*Leuit. cap.* II. *verſ.* I.

ANima autem quum offeret oblationem minham Iehouæ, ſimila erit oblatio eius: fundétque ſuper eam oleū, ac ponet ſuper eam thus.

2 Afferet autem eam ad filios Aharón ſacerdotes, & accipiet inde plenum pugillum ſuum de ſimila eius, & de oleo ipſius vltra

*Num. cap.* XV. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Loquere ad filios Iſraél, & dicas eis, Quū ingreſſi fueritis terram habitationum veſtrarum quas ego daturus ſum vobis.

3 Et facere voletis oblationem ignitam Iehouæ holocauſtum, vel ſacrificium, vt ſo-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0031

totum thus ipſius, adolebítque ſacerdos
odorē eius ſuper altare: oblatio ignita eſt
odoris quietis Iehouæ.
3 Et quod ſupereſt de minha, ipſius Aharón
erit, & filiorum eius, ſanctum ſanctorum
eſt de oblationibus ignitis Iehouæ.
4 Quum verò obtuleris oblationem minha,
coctionem clibani, è ſimila placentæ infermentatæ *erunt* miſtæ oleo, & lagana infermentatorum vncta oleo.
5 Si verò minha ſartaginis oblatio tua, ſimila conſperſa oleo infermentata erit.
6 Concídes eam in fruſta, & fundes ſuper
eam oleum: minha eſt.
7 Quòd ſi minha craticulæ oblatio tua, ſimila *conſperſa* oleo fiet.
8 Afferéſque minham, quæ fiet ex iis Iehouæ: & offeres illam ſacerdoti, qui admouebit illam altari.
9 Tollétque ſacerdos de minha illa odorem
eius, & adolebit ſuper altare: oblatio eſt
ignita odoris quietis Iehouæ.
10 Et quod ſuperfuerit de minha, ipſius Aharón erit, & filiorum eius: ſanctum ſanctorum eſt de oblationibus ignitis Iehouæ.
11 Omnis minha quam offeretis Iehouæ, nō
fiet fermentata: quia de nullo fermento &
de nullo melle adolebitis oblationem ignitam Iehouæ.
12 *In* oblatione primitiarum offeretis ea Iehouæ, & ſuper altare non aſcendent in odorem quietis.
13 Et omnem oblationem minhæ tuæ ſale ſalies, neque ceſſare facies ſal fœderis Dei tui
à minha tua: in omni oblatione tua offeres ſal.
14 Si verò obtuleris minham primitiarum
Iehouæ, ſpicam toſtam igni, triticum contuſum ſpicæ plenæ, offeres minham primitiarum tuarum.

uatis votum aut ſpōte veſtra, aut in ſolennitatibus veſtris, vt faciatis odorem quietis Iehouæ de bobus, aut ex pecudibus:
4 Tunc offeret offerens oblationē ſuam Iehouæ *pro* minha ſimilæ decimam partē miſtam cum quarta parte hin olei.
5 Et vini pro libamine quartam partem hin
facies ſuper holocauſtum, aut vltra ſacrificium pro agno vno.
6 Aut pro ariete facies minhā ſimilæ duas
decimas permiſtæ cū olei tertia parte hin.
7 Et vini pro libamine tertiam partem hin
offeres in odorem quietis Iehouæ.
8 Quòd ſi facere voles iuuēcum *in* holocauſtum, aut ſacrificium ad ſoluēdum votum,
aut pacifica Iehouæ:
9 Offeret vnà cum iuuenco minham, ſimilæ
tres decimas permiſtæ cum olei dimidia
parte hin.
10 Et vinum offeres pro libamine dimidiam
partem hin, oblationem ignitam odoris
quietis Iehouæ.
11 Sic fiet boui vni, aut arieti vni, aut fœtui
tam de ouibus quàm de capris.
12 Iuxta numerum quem facietis vni iuxta
numerum illorum.
13 Omnis ciuis faciet ſic iſta, vt offerat oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ.
14 Et quum peregrinatus fuerit apud vos
peregrinus, aut quicūque eſt in medio veſtri per generationes veſtras, fecerítque oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ:
quemadmodum facietis, ſic faciet.
15 O cōgregatio, ſtatutum vnum *erit* vobis
& peregrino qui peregrinatur *apud vos*: ſtatutum inquam perpetuum per generationes veſtras: ſicut vos & ſic peregrinus erit
coram Iehoua.

15 Et pones ſuper eam oleum, pones item thus ſuper eam: minha eſt.
16 Et adolebit ſacerdos odorem eius de frumento eius contuſo, & de oleo eius vltra totum thus ipſius: oblatio eſt ignita Iehouæ.
Cap. 6. verſ. 14 Iſta autem eſt lex minhæ *quam* offerent filii Aharón coram Iehouáh, coram altari.
15 Tollétque ab eo pugillo ſuo de ſimila minhæ, & de oleo eius, ac totum thus quod erit ſuper minham: adolebítque ſuper altare *in* odorem quíetis, odorem eius Iehouæ.
16 Quod autem ſuperfuerit ex ea, comedet Aharón, & filij eius, *in* azymis comedetur in loco ſancto, in atrio tabernaculi eccleſiæ comedent eam.
17 Non coquetur *in* fermentato: portionem eorum dedi illam ex oblationibus meis ignitis: ſanctificatio ſanctificationū eſt, ſicut oblatio pro peccato, & ſicut oblatio pro delicto.
18 Omnis maſculus in filiis Aharón comedet eam: ſtatutum perpetuum eſt in generationibus veſtris de oblationibus ignitis Iehouæ: quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.
19 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
20 Iſta *eſt* oblatio Aharón & filiorum eius, quam offerent Iehouæ die qua vngetur ipſe, Decimam *partem* ephád ſimilæ, *in* minham iugiter: dimidiū eius mane, & dimidiū eius veſperi.
21 In craticula in oleo fiet, frictam afferes eam, coctiones minhæ fruſtorum offeres in odorem quietis Iehouæ.
22 Et ſacerdos vnctus in locum eius è filiis eius faciet illam: ſtatutum perpetuum Iehouæ, tota ſuffietur.

23 Et

23 Et omnis minha ſacerdotis tota cremabitur,non comedetur.
Cap. 7. v. 11 Hæc autem eſt lex ſacrificii pacificorum quod offeret Iehouæ.
12 Si pro gratiarum actione obtulerit illud, tūc offeret pro ſacrificio gratiarū actionis placentas infermentatas verſatas in oleo,& lagana infermentata vncta oleo,& ſimilā frictam, *vna cum* placentis illis verſatis in oleo.
13 Cum placentis panis fermētati offeret oblationem ſuam pro ſacrificio gratiarum actionis pacificorum ſuorum.
14 Offerétque ex eo vnum *panem* ex omni oblatione, oblationem Iehouæ: ſacerdotis ſpargentis ſanguinem pacificorum erit.

## DE PANIBVS PROPOSITIS.

*Leuit. cap.* XXIIII. *verſ.* V.

ACcipiéſque ſimilam, & coques ex ea duodecim placentas: duarum decimarum erit vnaquæque placenta.
6 Et pones eas in duobus ordinibus: ſex *erunt* ordines ſuper menſam mundam coram Iehoua:
7 Pones quoque ſuper *vtrunque* ordinem thus purum, erítque pani in odorem & incenſum Iehouæ.
8 Per ſingula ſabbatha ordinabit illos *panes* coram Iehoua ſemper, à filiis Iſrael fœdere ſempiterno.
9 Et erit Aharonis & filiorum eius,qui comedēt eum in loco ſancto: quia ſanctitas ſanctitatum eſt ei de oblationibus ignitis Iehouæ ſtatuto perpetuo.

## DE LVCERNIS.

*Exod. cap.* XXVII. *verſ.* XX.

TV quoque præcipe filiis Iſraél vt accipiant tibi oleum oliuæ purum, contuſum, pro luminari, & ardere faciāt lucernas ſemper.
21 In tabernaculo Eccleſiæ extra velum quod eſt ſuper Teſtimonium, diſponet illas Aharón & filij eius à veſpera vſque manè coram Iehouáh: ſtatutum perpetuum generationibus eorum à filiis Iſraél.

*Num. cap.* VIII. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicēdo,
2 Loquere ad Aharón, & dicas illi, Quādo accendes lucernas, contra faciem candelabri lucebūt ſeptem lucernæ.
3 Fecítque ita Aharón, contra faciem candelabri accēdit lucernas eius, quemadmodū præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.

*Leuit. cap.* XXIIII. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Præcipe filiis Iſraél vt afferant tibi oleum oliuæ purum, contuſum pro luminari, ad accendēdas lucernas ſemper.
3 Extra velū teſtimonii in tabernaculo eccleſiæ diſponet eas Aharón à veſpera vſque mane corā Iehoua ſemper: ſtatutum perpetuū *erit* in generationibus veſtris.
4 Super candelabrum mundum diſponet lucernas coram Iehoua ſemper.

## DE SVFFITV.

*Exod. cap.* XXX. *verſ.* VII.

ET adolebit ſuper illud Aharón ſuffimentum aromatum ſingulis matutinis: quando aptabit lucernas, adolebit illud.
8 Quando inquam incendet Aharón lucernas inter duas veſperas, adolebit illud ſuffimentū iugiter coram Domino in generationibus veſtris.
9 Non offeretis ſuper illud ſuffimentum alienum, neque holocauſtum, neque minham: ſed nec libamen libabitis ſuper illud.
& 34 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Accipe tibi aromata, ſtactem & onycham & galbanū aromata, & thus purum: æquale pondus erit.
35 Et facies ex eo ſuffimentum aromaticum, opus aromatarii, miſtum, purum & ſanctum.
36 Et contundes ex eo, cōminuendo, ponéſque ex eo coram Teſtimonio in tabernaculo eccleſiæ, in quo conueniam tecum illic: ſanctitas ſanctitatum erit vobis.
37 Suffimentum quod facies, ſecundum compoſitionem eius non facietis vobis: ſanctitas erit tibi Iehouæ.
38 Quiſquis fecerit ſimile ad odorandum illud, excidetur è populis ſuis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0033

# DE PRAXI ET VSV ORDINARIARVM oblationum, cuius variæ ſpecies fuerunt à conſecratis ſacerdotibus obſeruatæ.

## *DE CONSECRATIONE PONTIFICIS maximi & ſacerdotum.*

*Exod. cap.* XXIX. *verſ.* I.

HOc quoque facies eis ad ſanctificandum eos, vt Sacerdotio fungantur mihi. Tolle iuuencum vnum filium bouis, & arietes duos immaculatos:

2 Panes præterea infermentatos, & placentas infermentatas miſtas oleo, & lagana infermentata vncta oleo: ex ſimila triticea facies ea.

3 Ponéſque ea in caniſtrum vnum, & offeres ea in caniſtro, vnà cum iuuenco & duobus arietibus.

4 Tum Aharonem & filios eius, accedere facies ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & lauabis eos aqua.

5 Et accipies veſtes, induéſque Aharón tunicam & pallium ephod, ac ephod & pectorale, cingéſque eum baltheo ephod.

6 Pones præterea cidarim ſuper caput eius: coronam autem ſanctitatis pones ſuper cidarim.

7 Poſtremò accipies oleũ vnctionis, & fundes ſuper caput eius, & vnges eum.

8 Poſthæc filios eius accedere facies, & indues eos tunicas:

9 Cingéſque illos baltheo, Aharón & filios eius, & aptabis eis pileos, & erit eis Sacerdotium in ſtatutum perpetuum, implebíſque manum Aharón & manum filiorum eius.

10 Et offeres iuuencum coram tabernaculo eccleſiæ: imponéntque Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput iuuenci.

11 Tunc mactabis iuuẽcum coram Iehouáh ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

12 Accipiéſque è ſanguine iuuenci, & pones ſuper cornua altaris digito tuo: reliquum autem ſanguinem fundes ad fundamentum altaris.

13 Tolléſque omnem adipem operientem inteſtina, & reticulum *quod eſt* ſuper iecur, & duos renes, & adipem qui eſt ſuper illos, & incendes ea ſuper altare.

14 At carnem iuuenci, & pellẽ eius, fimúmque eius combures igni extra caſtra: ſacrificium pro peccato eſt.

15 Arietem quoque alterum accipies, & imponent Aharón & filii eius manus ſuas ſuper caput arietis.

16 Tunc mactabis arietem, accipiéſque ſanguinem

*Leuit. cap.* VI. *verſ.* XIX.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

20 Iſta *eſt* oblatio Aharón & filiorum eius, quam offerẽt Iehouæ die qua vngetur ipſe, Decimam *partem* ephád ſimilæ *in* minham iugiter: dimidium eius mane, & dimidium eius veſperi.

21 In craticula in oleo fiet, frictam afferet eam, coctiones minhæ fruſtorum offeres in odorem quietis Iehouæ.

22 Et ſacerdos vnctus in locum eius è filiis eius faciet illam: ſtatutum perpetuum Iehouæ, tota ſuffietur.

23 Et omnis minha ſacerdotis tota cremabitur, non comedetur.

CAP.8.v.1 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Tolle Aharón & filios eius cum illo, & veſtes, & oleum vnctionis, & iuuencum ſacrificii pro peccato, & duos arietes, & caniſtrum infermentatorum.

3 Atque omnẽ cœtum congrega ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

4 Et fecit Moſéh quemadmodum præceperat illi Iehouáh: & cõgregatus eſt cœtus ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

5 Tunc dixit Moſéh ad congregationem, Hoc eſt verbum quod præcepit Iehouáh vt faciatis.

6 Et accedere fecit Moſéh Aharonem & filios eius, quos lauit aqua:

7 Eúmque induit tunicam, & cinxit illum baltheo: dein pallio induit eũ, atque ſuper eum poſuit ephod, cinxítque eum cingulo ephod, cinxit inquam eum illo.

8 Et ſuperpoſuit eum pectorali, poſuítque in pectorali Vrím & Thummím.

9 Deinde poſuit mitram ſuper caput eius ponens ſuper mitram ante faciem eius laminam auream, coronam ſanctam, quemadmodũ præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.

10 Accepit quoque Moſéh oleum vnctionis, & vnxit tabernaculum, & quæcunque erãt in illo & conſecrauit ea.

11 Et aſperſit ex eo ſuper altare ſeptem vicibus vnxítque altare, atque omnia vaſa eius, & concham, & baſim eius, vt conſecraret ea.

12 Fudit etiam ex oleo vnctionis ſuper caput

guinem eius, & aſperges ſuper altare per circuitum:

17 Arietem autem concides in fruſta ſua, & lauabis inteſtina eius, cruráque eius, & pones ſuper fruſta eius, & ſuper caput eius.

18 Incendes preterea totum arietem ſuper altare: *nam* holocauſtum eſt Iehouæ *in* odorem quietis, oblatio ignita Iehouæ eſt.

19 Accipies inſuper arietem ſecundum, imponéntque Aharón & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.

20 Tunc mactabis arietem, accipiéſque de ſanguine eius, & pones ſuper tenerum auris Aharón & ſuper tenerum auris filiorum eius dexteræ, & ſuper pollicem manus eorum dextræ, & ſuper pollicem pedis eorũ dextri: aſpergéſque ſanguinem ſuper altare per circuitum.

21 Tolléſque de ſanguine qui *erit* ſuper altare, & de oleo vnctionis, atque aſperges ſuper Aharón, & ſuper veſtes eius, & ſuper filios eius, & ſuper veſtes filiorum eius cum eo: & ſanctificabitur ipſe, veſtéſque eius, & filij eius, veſtéſque filiorum eius cum eo.

22 Dein tolles de ariete adipem, & caudam, & adipem operientem inteſtina, & reticulum iecoris, duóſque renes, atque adipem qui eſt ſuper eos, & armum dextrum: quia aries conſecrationum eſt:

23 Et tortam panis vnam, & placentam panis ex oleo vnam, & laganum vnum è caniſtro infermentatorum qui eſt coram Iehouáh.

24 Ponéſque omnia *illa* in manibus Aharón, & in manibus filiorum eius, exaltabíſque illa exaltationem coram Iehouáh.

25 Accipies autem illa è manu eorum, & incendes ſuper altare, vltra holocauſtum in odorem quietis coram Iehouáh: oblatio ignita eſt Iehouæ.

26 Accipies item pectus arietis conſecrationum quod eſt ipſi Aharón, & exaltabis illud exaltationem coram Iehouáh, erítque tibi in partem.

27 Sanctificabis itaque pectus exaltationis, & armum eleuationis quod exaltatum eſt, & qui eleuatus eſt de ariete conſecrationum ipſius Aharón & filiorum eius.

28 Et erit ipſi Aharón & filiis eius in ſtatutũ perpetuum à filiis Iſraél, quia exaltatio eſt: & exaltatio erit à filiis Iſraél de ſacrificiis pacificorum ſuorum, exaltatio *inquam* eorum *erit* Iehouáh.

29 Porrò veſtes ſanctæ quæ ſunt ipſius Aharón, erunt filiis eius poſt eum ad vngendũ *eos* cum eis, & ad conſecrandum, cum eis manum eorum.

30 Septem diebus induet eas ſacerdos *qui fue*

Aharón, vnxítque eum vt cõſecraret eum.

13 Fecit præterea Moſéh accedere filios Aharón, induítque illos tunicis: & cinxit illos balteo, atq; alligauit eis mitras, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.

14 Adduxit quoque iuuencum in hoſtiã pro peccato, impoſuítque Aharón & filij eius manus ſuas ſuper caput iuuenci hoſtiæ pro peccato.

15 Et mactauit, tulítque Moſéh ſanguinem, poſuítque ſuper cornua altaris per circuitum digito ſuo, & expiauit altare, *reliquum* verò ſanguinem fudit ad baſim altaris, & ſanctificauit illud ad expiandum illud.

16 Tulit preterea totum adipem qui erat ſuper inteſtina, & fibram iecoris, & duos renes, adipémque eorum, adoleuítque *ea* Moſéh ſuper altare.

17 Iuuencum verò, & pellem eius, & carnem eius, & fimum eius combuſsit igni extra caſtra, quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi Moſéh.

18 Poſthæc adduxit arietem holocauſti, & admouerũt Aharón & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.

19 Et mactauit, ſparſítque Moſéh ſanguinẽ ſuper altare per circuitum.

20 Arietem quoque concîdit in fruſta ſua, adoleuítque Moſéh caput & fruſta, & adipem.

21 Inteſtina verò & crura lauit aqua, & adoleuit Moſéh totũ arietem ſuper altare: holocauſtum eſt in odorem quietis, oblatio ignita eſt Iehouæ, quemadmodum præceperat Iehouáh Moſéh.

22 Accedere fecit & arietem ſecundum, arietem conſecrationum: poſuerúntque Aharón & filij eius manus ſuas ſuper caput arietis.

23 Et mactauit, tulítque Moſéh de ſanguine eius, & poſuit ſuper tenerum auris Aharón dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.

24 Adduxit & filios Aharón, poſuítque Moſéh de ſanguine ſuper tenerum auris eorũ dextræ, & ſuper pollicem manus eorũ dextræ, & ſuper pollicem pedis eorum dextri: ſparſítque Moſéh ſanguinem ſuper altare per circuitum.

25 Tulit deinde adipem, & caudam, totúmque adipem qui erat ſuper inteſtina & fibram iecoris, duóſq; renes, & adipem eorum, & armum dextrum.

26 De caniſtro quoque infermentatorum quæ erant coram Iehouáh, tulit tortam infermentatam vnam, & tortam panis oleati vnam, & laganum vnum, poſuítque cum a-

*rit* loco ipſius de filiis eius, qui ingredietur
tabernaculum eccleſiæ ad miniſtrandum
in ſanctificatione.
31 Arietem autem conſecrationum tolles, &
coques carnem eius in loco ſanctitatis.
32 Comedétque Aharón & filii eius carnem
arietis, & panẽ qui eſt in caniſtro, ad oſtium
tabernaculi eccleſiæ.
33 Comedent inquã illa quibus expiatus fuit
ad conſecrãdum manum eorum, ad ſancti-
ficandum eos: & alienigena non comedet,
quia ſanctificatio ſunt.
34 Quòd ſi ſuperfuerit de carne conſecratio-
num, & de pane vſque mane, cõbures quod
ſupereſt igni: non comedetur, quia ſancti-
tas eſt.
35 Facies igitur ipſi Aharón & filiis eius ſic,
iuxta omnia quæ præcepi tibi: ſeptem die-
bus conſecrabis manum eorum.
36 Et iuuencum pro peccato facies per diẽ
pro expiationibus: & expiabis altare expiã-
do illud, vngéſque illud ad ſanctificandum
ipſum.
CAP. 30. V. 22 Loquutus eſt & Iehouáh ad Mo-
ſéh, dicendo,
23 Tu autem accipe tibi aromata optima,
myrrhæ liberè *fluentis* quingentos *ſeclos*: &
cinnami aromatici dimidium ipſius, ducẽ-
tos & quinquaginta: & calami aromatici
ducentos & quinquaginta:
24 Caſiæ verò quingentos *ſeclos*, põdere ſan-
ctitatis: & olei oliuæ hin:
25 Et facies ex eo oleum vnctionis ſanctita-
tis, vnguentum vnguenti, opus vnguẽtarii:
oleum vnctionis ſanctitatis erit.
26 Vnges eo tabernaculum eccleſiæ, & Ar-
cam Teſtimonii,
27 Et menſam, omniáque vaſa ipſius, & can-
delabrum, omniáque vaſa ipſius, & altare
ſuffimenti:
28 Altare quoque holocauſti & omnia vaſa
ipſius, & concham & baſim eius.
29 Item ſanctificabis ea, erunt ſanctitas ſan-
ctitatum: quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.

dipe & cum armo dextro.
27 Et poſuit omnia *hæc* in manibus Aharón,
& in manibus filiorum eius, & ea agitare
fecit agitatione coram Iehoua.
28 Dein accepit Moſéh illa ex manibus eo-
rum, adoleuítque ſuper altare in holocau-
ſtũ, conſecrationes *enim* ſunt in odorẽ quie-
tis, oblatio ignita eſt Iehouæ.
29 Tulítque Moſéh pectus, & agitauit illud
agitatione coram Iehoua: *&* ex ariete con-
ſecrationum ipſi Moſéh fuit in partem,
quemadmodum præceperat Iehouáh ipſi
Moſéh.
30 Tulit etiam Moſéh ex oleo vnctionis, &
de ſanguine qui erat ſuper altare, aſperſít-
que ſuper Aharón, ſuper veſtes eius, & ſuper
filios eius, & ſuper veſtes filiorum eius cum
eo: conſecrauítque Aharonem & veſtes e-
ius, & filios eius & veſtes filiorum eius
cum eo.
31 Et dixit Moſéh ad Aharón & ad filios e-
ius, Coquite carnes ad oſtium tabernaculi
eccleſiæ, ibi denique comedite eam, & panẽ
qui eſt in caniſtro conſecrationum, quem-
admodum præcepi, dicendo, Aharón & filii
eius comedent eam.
32 Quod verò ſuperfuerit de carne & pane,
igni comburetis.
33 Et ex oſtio tabernaculi eccleſiæ nõ egre-
diemini ſeptem diebus, vſque ad diem quo
cõpleti fuerint dies conſecrationũ veſtra-
rum, ſeptẽ enim diebus cõſecrabit manum
veſtram.
34 Quemadmodum fecit in die hac, præce-
pit Iehouáh facere ad expiandum vos.
35 Et ad oſtium tabernaculi eccleſiæ mane-
bitis die & nocte ſeptem diebus, obſerua-
bitíſque obſeruationem coram Iehoua, &
non moriemini: ſic enim iuſſus ſum.
36 Fecit itaque Aharón & filii eius omnia
verba quæ præceperat Iehouáh per manum
Moſéh.

30 Aharón præterea & filios eius vnges, & ſanctificabis eos vt ſacerdotio fungantur mihi.
31 Ad filios autem Iſraél loquêris, dicendo, Oleum vnctionis ſanctitatis erit hoc mihi per
generationes veſtras.
32 Super carnem hominis nõ vnget, neque ſecundum compoſitionem eius facietis ſimiles:
ſanctum eſt, ſanctum erit vobis.
33 Quiſquis confecerit vnguentum ſimile, & qui poſuerit ex eo ſuper extraneũ, ſuccidetur
è populis ſuis.
34 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Accipe tibi aromata, ſtactem & onucham & galbanum a-
romata, & thus purum: æquale pondus erit.
35 Et facies ex eo ſuffimentum aromaticum, opus aromatarii, miſtum, purum & ſanctum.
36 Et contundes ex eo, comminuendo, ponéſque ex eo coram Teſtimonio in tabernaculo
eccleſiæ, in quo conueniam tecum illic: ſanctitas ſanctitatum erit vobis.
37 Suffimentum quod facies, ſecundum compoſitionem eius non facietis vobis: ſanctitas
erit tibi Iehouæ.
38 Quiſquis fecerit ſimile ad adorandum illud, excidetur è populis ſuis.

## DE CONSECRATIONE ET MUNERE Leuitarum.

*Num. cap.* VIII. *verſ.* V.

LOquutúſque eſt præterea Iehouáh ipſi Moſéh dicendo,
6 Cape Leuitas è medio filiorum Iſraél, & purifices illos.
7 Sic autem facies illis vt purifices illos, Sparge ſuper eos aquam purificationis, & tranſire faciant nouaculam ſuper totam carnem ſuã, lauéntque veſtimenta ſua, & purificentur.
8 Poſtea capient iuuencum filium bouis, & minham eius ſimilam conſperſam oleo: & iuuencum alterum filium bouis capies in ſacrificium pro peccato.
9 Tunc offeres Leuitas coram tabernaculo eccleſiæ: & congregabis omnem cœtum filiorum Iſraél:
10 Offeres inquam Leuitas coram Iehoua, & coniungent filij Iſraél manus ſuas ſuper Leuitas.
11 Offerétque Aharón Leuitas *in* oblationem coram Iehoua à filiis Iſraél, & miniſtrabunt in miniſterio Iehouæ.
12 Leuitæ autem coniungent manus ſuas ſuper caput iuuencorum: poſtea facies vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum Iehouæ ad expiandum Leuitas.
13 Statuéſque Leuitas coram Aharón & coram filiis eius, & offeres illos oblationẽ Iehouæ.
14 Ac ſegregabis Leuitas è medio filiorum Iſraél, erunt mei Leuitæ.
15 Poſtea autem venient Leuitæ ad miniſtrandum in tabernaculo eccleſiæ, & expiabis illos, offeréſque eos oblationem.
16 Quia dati, dati *inquam* ſunt mihi è medio filiorum Iſraél pro aperiente omnem vuluam, pro primogenito omnium filiorum Iſraél accepi eos mihi.

## DE HABITATIONE LEUITARUM.

*Num. cap.* XXXV. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh in campeſtribus Moáb iuxta Iardén Iereh ó, dicendo,
2 Præcipe filiis Iſraél vt dent Leuitis de hereditate poſſeſsionis ſuæ vrbes ad habitandũ & ſuburbana vrbium *ipſarum* per circuitus earum dabitis ipſis Leuitis.
3 Erúntque vrbes illis ad habitandum: ſuburbana veró earum erunt animalibus eorum, & ſubſtantiæ eorum, & omnibus beſtiis eorum.
4 Et ſuburbana vrbium *earum* quas dabitis Leuitis, à pariete vrbis & forinſecus, mille cubitorum erunt per circuitum.
5 Præterea metiemini extra vrbem à plaga Orientali duo millia cubitorum: & à plaga Meridiana duo millia cubitorum: & à plaga Occidentali duo millia cubitorum: & à plaga Aquilonari duo millia cubitorum: & vrbs *ipſa erit* in medio: iſta *menſura* erit eis ſuburbanorum vrbium.
6 7 Omnes vrbes quas dabitis Leuitis, *erunt* quadraginta octo vrbes: ipſas & ſuburbana earum *dabitis*.
8 Et vrbes quas dabitis de poſſeſsione filiorum Iſraél, ab eo qui plures habuerit, plures accipietis: & ab eo qui pauciores, pauciores capietis: ſinguli pro quãtitate poſſeſsionis ſuæ quam poſſederint, dabunt ex vrbibus ſuis Leuitis.

## DE UNCTIONE ALTARI ET TOTIUS inſtrumenti Tabernaculi.

*Exod. cap.* XXIX. *verſ.* XXXVI.

ET iuuencum pro peccato facies per diem pro expiationibus: & expiabis altare expiando illud, vngéſque illud ad ſanctificandum ipſum.
37 Septem diebus expiabis altare, & ſanctificabis illud, erítque altare ſanctitas ſanctitatum: quicquid tetigerit altare, ſanctificabitur.
CAP. 30. v. 26 Vnges eo tabernaculum eccleſiæ, & Arcam Teſtimonij,
27 Et menſam, omniáque vaſa ipſius, & candelabrum, omniáque vaſa ipſius, & altare ſuffimenti.

28 Altare quoque holocauſti & omnia vaſa ipſius, & concham & baſin eius.
29 Item ſanctificabis ea, erunt ſanctitas ſanctitatum: quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.

## *DE QVOTIDIANO ET IVGI SACRIFICIO.*

*Exod. cap.* XXIX. *verſ.* XXXIIX.

HOc eſt autem quod facies altari, Agnos anniculos duos in dies:
39 Agnum vnũ facies manè, & agnum alterũ facies inter duas veſperas.
40 Et decimam partem ſimilæ miſtæ oleo contuſo, quartam partem hin: & libamen, quartam partem hin vini in agnum vnum.
41 Agnum inquam alterũ facies inter duas veſperas: ſicut minhæ matutino, & ſicut libamini eius facies ei in odorem quietis, oblationem ignitam Iehouæ.
42 Holocauſtũ iuge in generationes veſtras ad oſtium tabernaculi eccleſiæ coram Iehouáh, quo conueniã vobiſcum vt alloquar te ibi.
43 Et conueniam illuc cum filiis Iſraél, & ſanctificabitur *locus* in gloria mea.
44 Sanctificabo inquam tabernaculum eccleſiæ & altare: Aharonem quoque & filios eius ſanctificabo, vt ſacerdotio fungantur mihi.
45 Habitabóque in medio filiorum Iſraél, & ero eis in Deum:
46 Et ſcient quòd ſum Iehouáh Deus eorũ, qui eduxi eos è terra Ægypti, vt habitarem in medio eorum, ego Iehouáh Deus eorum.

*Num. cap.* XXVIII. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Præcipe filiis Iſraél, & dic eis, Oblationẽ meam, panem meum in oblationibus meis ignitis in odorem quietis meæ cuſtodietis, ita vt offeratis mihi *illa* in tempore ſuo.
3 Dices præterea illis, Hæc *eſt* oblatio ignita quam offeretis Iehouæ, agnos anniculos immaculatos duos per diem, holocauſtum iuge.
4 Agnum vnum facies manè, & agnum alterum facies inter duas veſperas.
5 Et *offeres* decimam partem Epháh ſimilæ in minhã permiſtæ oleo cõtuſo, *cum* quarta parte Hin.
6 *Iſtud eſt* holocauſtum Iuge quod factũ eſt in mõte Sinái, in odorem quietis, oblationem ignitam Iehouæ.
7 Porrò libamen eius, quartam partem hin per ſingulos agnos, in Sãctuario liba libamen ſechár Iehouæ.
8 Agnum autem alterum facies inter duas veſperas, iuxta oblationem matutinam, & iuxta libamen eius facies *in* oblationem ignitam, in odorem quietis Iehouæ.

## *DE IVGI SACRIFICIO SABBATARIO.*

*Num. cap.* XXVIII. *verſ.* IX.

DIe verò ſabbathi *facies* duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo, & libamen eius.
10 *Iſtud eſt* holocauſtum ſabbathi in ſabbatho ſuo, vltra holocauſtum iuge, & libamen eius.

## DE SOLENNIBVS SACRIFICIIS DIERVM feſtorum, qui varii fuerunt, ſuóſque peculiares ſtatóſque ritus habuerunt, his capitibus diſtributos.

## *DE TVBIS.*

*Num. cap.* X. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Fac tibi duas tubas argenteas, opere ductili facies illas; quibus vteris ad conuocãdum cœtum, & ad mouenda caſtra.
& 7 Quando verò congregabitis congregationẽ, clangetis *ſolùm*, & non taratantarizabitis.
8 Filii autem Aharón ſacerdotes clangẽt tubis illis, eruntque vobis in ſtatutum perpetuum generationibus veſtris-
& 10 Præterea in die lætitiæ veſtræ, & in ſolennitatibus veſtris, & in capitibus menſiũ veſtrorum

rum clangetis tubis *illis* ſuper holocauſtis veſtris, & ſuper ſacrificiis pacificorum veſtro-
rum, erúntque vobis in memoriam coram Deo veſtro: ego Iehouáh Deus veſter.

## DE KALENDIS.

*Num. cap.* XXVIII. *verſ.* XI.

SImiliter in capitibus menſium veſtrorum offeretis holocauſtum Iehouæ, iuuuencos filios
bouis duos, & arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos:
12 Et tres decimas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo in iuuẽcos ſingulos, & duas deci-
mas *ephi* ſimilæ in minham permiſtæ oleo in ſingulos arietes.
13 Et ſingulas decimas oblationem ſimilæ in minham permiſtæ oleo per ſingulos agnos, *in*
holocauſtum odoris quietis, *& in* oblationem ignitam Iehouæ.
14 Hæc autem libamina eorum *de* vino, dimidium hin erit per ſingulos iuuencos, & tertia
pars hin per arietem, & quarta pars hin *erit* in ſingulos agnos. hoc eſt holocauſtũ ſingulo-
rum menſium, per ſingulos menſes anni.
15 Et hircus caprarum vnus in ſacrificium pro peccato ipſi Iehouæ, præter holocauſtum iu-
ge fiet, & libamen eius.

## DE TRIBVS FESTIS MAXIME *ſolennibus, in genere.*

*Exod. cap.* XXIII. *verſ.* XIIII.

TRibus vicibus feſtum ages mihi in v-
no quoque anno.
15 Solennitatem infermentatorum cu-
ſtodies: ſeptem diebus comedes infer-
mẽtata, quemadmodum præcepi tibi,
tempore mẽſis Abib: quia in eo egreſ-
ſus es ex Ægypto, neque conſpicientur
coram me vacui.
16 Et ſolennitatem meſsis, *meſſis inquam*
primitiuorum operum tuorũ quæ ſe-
minaueris in agro: & ſolẽnitatem col-
lectionis *quæ fit* in exitu anni, quando
collegeris opera tua ex agro.
17 Tribus *illis* vicibus in *vno quoque* cõſ-
picietur omnis maſculus tuus coram
Domino Iehouáh.
CAP. 34. V. 23 Tribus vicibus in anno cõſ-
picietur omnis maſculus tuus corã Do-
minatore Iehouáh Deo Iſraél.
24 Expellam enim Gentes à facie tua, &
dilatabo terminum tuum: neque con-
cupiſcet quiſquam terram tuam quan-
do aſcẽdes vt conſpiciaris coram Ieho-
uáh Deo tuo tribus vicibus in anno.

*Leuit. cap.* XXIII. *v.* IIII.

IStæ ſunt ſolẽnitates
Iehouę, celebritates
ſanctæ, quas cele-
brabitis tẽpore ſuo.

*Deut. cap.* XVI. *verſ.* XVI.

TRibus vicibus quo-
tannis conſpicietur
omnis maſculus tuus
corã Iehoua Deo tuo,
in loco quem elegerit,
in ſolẽnitate infermẽ-
tatorum, & in ſolenni-
tate hebdomadum, &
in ſolennitate taberna-
culorum: neque *quiſpiã*
conſpicietur coram Ie-
houa vacuus.
17 Quiſque iuxta donũ
manus ſuæ, iuxta bene-
dictionem Iehouæ Dei
tui, quam dedit tibi.

## DE FESTO PASCHAE.

*Exod. cap.* XII. *verſ.* I.

DIxit autẽ Iehouáh
ad Moſéh & A
harón in terra Miſ-
ráim in hũc modũ.
2 Mẽſis iſte vobis *erit*
caput mẽſium: pri-
mus erit vobis in
menſibus anni.

*Leuit. cap.* XXIII. *verſ.* V.

MEnſe primo, deci-
moquarto *die eiuſ-*
*dem* mẽſis, inter duas
veſperas *erit* Péſah
Iehouæ.
6 Quintodecimo

*Num. cap.* IX. *verſ.* I.

LOquutus eſt au-
tem Iehouáh ad
Moſéh in deſerto
Sinái, anno ſecũdo
quo egreſsi ſunt è
terra Ægypti, mẽ-
ſe primo, dicẽdo,
2 Faciẽt Filii Iſraél

*Deut. cap.* XVI. *verſ.* I.

OBſerua menſem
Abid, & fac Pé-
ſah Iehouæ Deo
tuo: quia mẽſe Abib
eduxit te Iehouáh
Deus tuus ex Ægy-
pto nocte.
2 Et ſacrificabis Pe-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0039

3 Loquimini ad omnẽ cœtũ Iſraél, dicẽdo, In decimo mẽſis huius tollẽt ſibi ſinguli agnum per domũ patrum, agnum per domum.

4 Quòd ſi minor fuerit familia quam vt agnũ *comedere* poſſit, accipiet ipſe etiã vicinum ſuum, proximum domui ſuæ, pro numero animarum, ſinguli ſecũdum edere ſuum numerabitis *animas* propter agnum.

5 Agnus perfectus, maſculus anniculus erit vobis, *quem* ex ouibus aut è capris accipietis.

6 Eritque vobis in cuſtodiam vſque ad quartumdecimum diem menſis huius: & immolabit eum vniuerſa congregatio cœtus Iſraél inter duas veſperas.

7 Accipiéntq; è ſanguine, & ponẽt ſuper ambos poſtes, & in ſuperliminari, in domibus in quibus comedent eum.

8 Comedent autem carnem nocte ipſa, aſſam igni, & infermentata: cum amaroribus comedent eum.

9 Ne comedatis ex eo crudum, & elixatum aqua, ſed aſſum igni, caput eius vnà cum cruribus eius, & cũ interioribus eius.

10 Neque relinquetis ex eo vſque mane: quòd ſiquid relictum fuerit ex eo vſque mane, igni comburetis.

11 Sic autem comedetis eum, Lumbi veſtri accincti *erunt*, calceamenta veſtra in pedibus veſtris, & baculus veſter in manu veſtra, comedetíſque feſtinanter: *nam* Péſah eſt

autem duo menſis huius ſolennitas *erit* infermentatorum Iehouæ: ſeptẽ diebus infermẽtata comedetis.

7 Die primo conuocatio ſancta erit vobis: nullũ opus ſeruile facietis.

8 Offeretis autẽ oblationẽ ignitã Iehouæ ſeptem diebus, die ſeptimo erit cõuocatio ſancta: nullum opus ſeruile facietis.

Péſah in tempore ſuo,

3 Decimoquarto die menſis huius inter duas veſperas facietis illud tẽpore ſuo iuxta omnes ritus ſuos, & iuxta omnes ceremonias ſuas facietis illud.

4 Alloquutus eſt itaque Moſéh filios Iſraél vt facerent Péſah.

5 Fecerúntque Péſah in primo menſe, decimo quarto die eiuſdem inter duas veſperas in deſerto Sinái: iuxta omnia quæ præceperat Iehouáh Moſéh, ſic fecerunt filii Iſraél.

6 Fuerunt autẽ quidam immũdi ſuper anima hominis, qui non potuerunt facere Péſah die ipſo: tunc acceſſerũt coram Moſéh & corã Aharón ipſo die:

7 Dixerúntque homines illi ad eum, Nos immũdi ſumus ſuper anima hominis, vt quid prohibebimur ne offeramus oblationẽ Iehouæ tempore ſuo in medio filiorum Iſraél?

8 Et dixit ad eos Moſéh, State, & audiam quid præcipiat Iehouáh pro vobis.

9 Loquutus eſt autẽ Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

10 Alloquere filios Iſraél, dicendo, Quicunque fuerit immundus ſuper anima, aut fuerit in via remota, ex vobis, vel ex generationibus veſtris, faciet Péſah Iehouæ.

11 Menſe ſecundo, decimoquarto die inter duas veſperas facient illud: cum infermentatis & herbis amaris comedent illud.

ſah Iehouę Deo tuo de pecudibus & bobus, in loco quẽ elegerit Iehouáh, vt habitare faciat nomẽ ſuum ibi.

3 Non comedes cũ illo fermentatum: ſeptem diebus comedes cum illo infermentata, panem afflictionis: quia feſtinãter egreſſus es è terra Ægypti: vt memineris diei quo egreſſus es è terra Ægypti, omnibus diebus vitæ tuæ.

4 Neque cõſpicietur tibi fermẽtum in omni termino tuo ſeptem diebus, neque pernoctabit *quicquam* de carnibus quas ſacrificabis in veſpera diè primo, vſq; manè.

5 Non poteris ſacrificare Péſah in aliqua è portis tuis quas Iehouáh Deus tuus dat tibi:

6 Sed in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, vt habitare faciat nomen ſuum ibi ſacrificabis Péſah ad veſperam, occumbente ſole, tempore quo egreſſus es ex Ægypto.

7 Aſſabis autem, ac comedes in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus: poſtea manè conuerſus reuertêris in tabernacula tua.

8 Sex diebus comedes infermentata: die autem ſeptima erit ſolẽnitas Iehouæ Deo tuo, nõ facies opus *vllum*.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0040

ſah eſt Iehouæ.
12 Nam tranſibo per terram Miſráim nocte
iſta, & percutiam omne primogenitum in
terra Miſráim ab homine vſque ad beſtiã:
& in cunctis diis Miſráim faciam iudicia
ego Iehouáh.
13 Et erit ſanguis ille vobis in ſignum in do-
mibus in quibus vos fueritis: quúmque vi-
dero ſanguinem, præteribo vos, & non erit
in vobis plaga ad perditionem quando per-
cutiam in terra Miſráim.
14 Et erit dies iſte vobis in memoriam: cele-
brabitíſque illũ feſtum ipſi Iehouæ in ge-
nerationibus veſtris, ſtatuto perpetuo cele-
brabitis eum.
15 Septem diebus infermentata comedetis:
verumtamẽ die primo ceſſare facietis fer-
mentum è domibus veſtris: quicũque enim
comederit fermẽtatum à die primo vſque
ad diem ſeptimũ, excidetur anima ipſa ex
Iſraél.
16 Et in die primo, conuocatio ſancta: die
quoque ſeptima, cõuocatio ſancta erit vo-
bis: omne opus non fiet in eis: veruntamen
quod comedetur ob omni anima, illud tan-
tummodo fiet à vobis.
17 Obſeruabitíſque infermentata: quia hac
ipſa die eduxi exercitus veſtros è terra
Miſráim: obſeruabitis inquam diem iſtum
in generationibus veſtris, ſtatuto per-
petuo.
18 In primo *menſe*, decimoquarto die mẽſis,
in veſpera comedetis infermentata vſque
ad diem viceſimum primũ menſis in veſ-
pera.
19 Septem diebus fermentum non inuenie-
tur in domibus veſtris: quicũque enim co-
mederit fermentatum, exterminabitur ani-
ma illa è cœtu Iſraél, tam peregrini quàm
indigenæ terræ.

12 Non relinquẽt *quicquam* ex eo vſque ma-
ne, neque os confringẽt in eo: iuxta omnes
ritus Péſah facient illud.
13 Vir autem qui eſt mundus, aut in via non
fuerit, & ceſſauerit facere Péſah, excidetur
anima illa è populis ſuis: quia oblationem
Iehouæ non obtulit tempore ſuo: peccatũ
ſuum portabit vir ille.
14 Si verò habitauerit apud vos peregrinus,
& fecerit Péſah Iehouæ: iuxta ritum Péſah,
& iuxta ceremonias eius ſic faciet: ritus v-
nus erit vobis, tam peregrino quàm indi-
genæ terræ.
Cap. 28. v. 16 Menſe autem primo, decima-
quarta die menſis, Péſah eſt Iehouæ.
17 Et in decimoquinto die menſis huius ſo-
lennitas: ſeptem diebus *panis* infermẽtato-
rum comedetur.
18 Die primo cõuocatio ſancta *erit*: omne o-
pus ſeruile non facietis.
19 Offeretis autem oblationem ignitam, *&*
holocauſtum Iehouæ, iuuencos filios bouis
duos, & arietem vnum, & ſeptem agnos an-
niculos: immaculati erunt vobis.
20 Et minha eorũ *erit* ſimila permiſta oleo.
tres decimæ in ſingulos iuuencos, & duas
decimas in ſingulos arietes facietis.
21 Singulas decimas facies in agnos ſingulos
in ſeptem agnis.
22 Et hircum in ſacrificiũ pro peccato vnũ,
ad expiandum vos.
23 Præter holocauſtum matutinum quod eſt
holocauſtum iuge, facietis iſta.
24 Secũdum hæc facietis: ſingulis diebus ſe-
ptem dierum, carnem oblationis ignitæ o-
doris quietis Iehouæ: vltra holocauſtũ iu-
ge fiet, & libamen eius.
25 Septimo autem die cõuocatio ſancta erit
vobis: omne opus ſeruile non facietis.

20 Omne fermentatum non comedetis: in omnibus habitaculis veſtris comedetis infer-
mentata.
21 Vocauit ergo Moſéh omnes ſeniores Iſraél, dixítque illis, Trahite, & accipite vobis pe-
cora per familias veſtras, & immolate Péſah.
22 Accipietis quoque faſciculum hyſſopi, & intingetis in ſanguine qui *erit* in vaſe: & appli-
cabitis ſuperliminari & ambobus poſtibus de ſanguine qui *fuerit* in vaſe: vos verò non e-
grediemini quiſque ex oſtio domus ſuæ vſque manè.
23 Et tranſibit Iehouáh ad percutiendum Miſráim: quúmque viderit ſanguinem in ſuperli-
minari & in ambobus poſtibus, tranſiliet Iehouáh iuxta oſtium, neque permittet vaſtato-
rem ingredi domos veſtras ad percutiendum.
24 Obſeruabis itaque rem iſtam pro ſtatuto tibi, & filiis tuis vſque in ſeculum.
25 Quúmque ingreſsi fueritis, terram quam dabit Iehouáh vobis, quemadmodũ pollicitus
eſt, tunc obſeruabitis cultum hunc.
26 Quum autem dixerint vobis filii veſtri, Quid *eſt* cultus iſte vobis?
27 Tunc dicetis, Sacrificium Péſah eſt ipſi Iehouæ, qui tranſiliit domos filiorum Iſraél in
Miſráim quando percuſsit Miſráim, & domos noſtras eruit. Et incuruauit ſeſe populus, &
adorauit.
*&* 43 Et dixit Iehouáh ad Moſéh & Aharón, Hoc ſtatutum Péſah, Omnis alienigena nõ co-
medet ex eo.
44 Et omnem ſeruum hominis emptum argento, circuncídes, tunc comedet ex eo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0041

45 Aduena & mercenarius non comedet ex eo.
46 In eadem domo comedetur: non educes è domo de carne foras, & os non confringetis
in eo.
47 Vniuerſus cœtus Iſraël facient ipſum.
48 Quum autem peregrinabitur apud te peregrinus, & faciet Péſah ipſi Iehouę, circuncide-
tur ei omnis maſculus, & tunc accedet ad faciendum illud: erítque ſicut indigena terræ:
nullus enim habens præputium comedet ex eo.
49 Lex vna erit indigenæ & peregrino, qui peregrinatur in medio veſtri.
CAP. 13. v. 3 Dixit ergo Moſéh ad populum, Mementote diei huius quo egreſsi eſtis ex
Miſráim è domo ſeruorum: quoniã in fortitudine manus eduxit vos hinc Iehouáh: neque
comedatur fermentatum.
4 Hodie vos egredimini menſe Abib.
5 Quum autem introduxerit te Iehouáh in terram Chenaanæorum, Hitthæorum, & Emo-
ræorum, & Hiuæorum, & Iebuſæorum, de qua iurauit Patribus tuis ſe daturum tibi, terrã
fluentem lacte & melle, tum coles cultum iſtum in menſe iſto.
6 Septem diebus comedes infermentata, die autem ſeptimo ſolennitas erit Iehouæ.
7 Infermentata comedentur ſeptem diebus, nec conſpicietur apud te fermentatum, neque
apparebit apud te fermentum in vniuerſo termino tuo.
8 Annuntiabíſque filio tuo eo die, dicendo, Propter hoc *quod* fecit Iehouáh mihi quum exi-
rem de Miſráim.
9 Et erit tibi in ſignum ſuper manum tuam, & in memoriale inter oculos tuos, vt ſit Lex
Iehouæ in ore tuo, quia in manu ſorti eduxit te Iehouáh ex Ægypto.
10 Obſeruabíſque ſtatutum hoc in tempore ſuo quotannis.
CAP. 23. v. 15 Solennitatem infermentatorum cuſtodies: ſeptem diebus comedes infer-
mentata, quemadmodum præcepi tibi, tempore menſis Abib: quia in eo egreſſus es ex Æ-
gypto, neque conſpicientur coram me vacui.
CAP. 34. v. 18 Solennitatem infermentatorum obſeruabis. Septem diebus comedes infer-
mentata, quemadmodum præcepi tibi, tempore menſis Abib: quia menſe Abib egreſſus
es de Ægypto.
& 25 Non immolabis ſuper fermẽtatum ſanguinem ſacrificij mei, neque pernoctabit vſque
mane ſacrificium ſolemnitatis Péſah.

## *DE FESTO PENTECOSTES.*

*Exod. ca.* XXII. *v.* XVI.

ET *cuſtodies* ſolen-
nitatẽ meſſis, *meſ-
ſis inquam* primiti-
uorum operum tu-
orum quæ ſemina-
ueris in agro.
& 22 Et ſolennitatẽ
hebdomadarum fa
cies tibi *in* primi-
tiis meſsis triticeæ.

*Leuit. cap.* XXIII. *v.* IX.

LOquutus eſt autẽ
Iehouáh ad Mo-
ſéh, dicendo,
10 Alloquere Iſrae-
lẽ, & dic eis, Quũ
ingreſsi fueritis ter
ram quam ego dò
vobis, & meſſueri-
tis meſſẽ eius, tunc
offeretis ómer pri-
mitias meſsis ve-
ſtræ ad ſacerdotẽ:
11 Qui offeret ómer
coram Iehoua, vt
ſit acceptum pro
vobis: in craſtino
ſabbathi offeret il-
lud ſacerdos.
12 Facietíſq; die quo
offeretis ómer, a-
gnum perfectum
anniculum, in ho-
locauſtum Iehouæ:
13 Et minham eius,
duas

*Nu. c.* XXVIII. *v.* XXVI.

POrrò die primi-
tiarum quãdo of-
feretis minham no
uam Iehouæ in heb
domadibus veſtris,
conuocatio ſancta
erit vobis, omne o-
pus ſeruile non fa-
cietis.
27 Et offeretis holo
cauſtum in odorẽ
quietis Iehouæ iu-
uencos filios bouis
duos, arietem vnũ,
& ſeptẽ agnos an-
niculos:
28 Et oblationẽ eo-
rum ſimilam per-
miſtam oleo, tres
decimas in ſingu-
los iuuencos, duas
decimas per arie-
tes ſingulos:
29 Singulas decimas

*Deut. cap.* XVI. *v̄.* IX.

SEptem *deinde* hebdo
madas numerabis ti-
bi: ex quo cœperit
falx eſſe in ſegete, in-
cipies numerare ſe-
ptem hebdomadas:
10 Poſtea celebrabis
ſolennitatem hebdo-
madum Iehouę Deo
tuo: iuxta ſufficien-
tiam ſpontaneæ ma-
nus tuæ *erit* quod da-
bis, prout benedixe-
rit tibi Iehouáh Deus
tuus.
11 Et lætaberis coram
Iehoua Deo tuo, tu
& filius tuus, & filia
tua, & ſeruus tuus, &
ancilla tua, & Leui-
ta qui eſt intra por-
tas tuas, & peregri-
nus, & pupillus, & vi
dua, qui fuerint in

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0042

duas decimas ſimilæ permiſtæ oleo, obla-
tionem ignitam Iehouæ, in odorem quie-
tis: & libamen eius vini quartam partem
hin.
14 Panem verò, & polentam & ſpicam ple-
nam non comedetis vſque ad hunc ipſum
diem, donec obtuleritis oblationem Dei
veſtri, ſtatutum perpetuũ *erit vobis* in ge-
nerationibus veſtris, in cunctis habitacu-
lis veſtris.
15 Numerabitis autẽ vobis *dies* à poſtero die
ſabbathi, à die qua obtuleritis ómer ele-
uationis, ſeptem hebdomades plenæ erunt:

29 Singulas decimas
per agnos ſingulos,
ſeptem agnis:
30 Hircum caprarum
vnum ad expiãdum
uos:
31 Præter holocauſtũ
iuge & minham e-
ius, facietis: (imma-
culati erunt vobis)
& libamina eius.

medio tui, in loco
quem elegerit Ieho-
uáh Deus tuus, vt
habitare faciat no-
men ſuum ibi.
12 Et recordaberis
quòd ſeruus fueris
in Ægypto: propte-
rea cuſtodies ac fa-
cies ſtatuta hæc.

16 Vſque ad poſterum *diem* ſabbathi ſeptimi numerabitis quinquaginta dies, & offeretis
minham nouam Iehouæ.
17 Ex habitaculis veſtris offeretis panem oblationis: duæ ex duabus decimis ſimilæ erunt:
*cum* fermento coquentur primitiæ Iehouæ.
18 Offeretíſque cum pane *illo* ſeptem agnos perfectos anniculos, & iuuencum filium bouis
vnum, & arietes duos, & erunt holocauſtum Iehouæ: & minha eorum, libamináque eorum
oblatio ignita *erit* odoris quietis Iehouæ.
19 Facietis quoque hircum caprarum vnum pro peccato, & duos agnos anniculos in ſacri-
ficium pacificorum.
20 Offerétque ſacerdos illa vltra panem primitiarum, eleuationem coram Iehoua cum
duobus agnis: ſanctitas erunt Iehouæ ſacerdoti.

## *DE FESTO TABERNACULORUM.*

*Exod. cap.* XXIII. *v.* XVI.

ET ſolennitatẽ col-
lectionis *quæ fit* in
exitu anni *cuſtodies*,
quando collegeris
opera tua ex agro.
& 26 Et feſtum col-
lectionis *facies* in
reuolutione anni.

*Leu. ca.* XXIII. *v.* XXXIII.

LOquutus eſt & Ie-
houáh ad Moſéh,
dicendo,
34 Alloquere filios
Iſrael, dicendo, De-
cimoquinto die mẽ
ſis ſeptimi huius, ſo-
lennitas tabernacu-
lorum erit ſeptem
diebus Iehouæ.
35 Die primo erit cõ-
uocatio ſancta: nul-
lum opus ſeruile
facietis.
36 Septem diebus of-
feretis oblationem
ignitã Iehouæ: die
octauo conuocatio
ſancta erit vobis, &
offeretis oblationẽ
ignitã Iehouæ: ſo-
lennitas eſt: nullum
opus ſeruile facie-
tis.
37 Iſtæ ſunt feſtiuita-
tes Iehouæ quas ce-
lebrabitis, cõuoca-
tiones ſanctæ, vt of-
feratis *in eis* obla-
tionem ignitam Iehouæ, holocauſtum, &
minham, ſacrificium, & libamina ſua

*Num. cap.* XXIX. *v.* XII.

POrrò decimaquin
ta die mẽſis ſepti-
mi, cõuocatio ſan-
cta erit vobis: nullũ
opus ſeruile facie-
tis, & celebrabitis
ſolennitatem Ieho-
houæ ſeptẽ diebus.
13 Et offeretis holo-
cauſtũ & oblatio-
nẽ ignitam in odo-
rẽ quietis Iehouæ,
iuuẽcos filios bouis
tredecim, arietes
duos; agnos anni-
culos quatuorde-
cim: immaculati e-
runt.
14 Minham quoque
eorum ex ſimila
cõſperſa oleo, tres
decimas in iuuen-
cos ſingulos tre-
decim iuuencis:
duas decimas in a-
rietes ſingulos duo
bus arietibus:
15 Et ſingulas deci-
mas per agnos ſin-
gulos, quatuordecim agnis:
16 Et hircum caprarum vnum in ſacrificiũ

*Deut. cap.* XVI. *verſ.* XIII.

SOlẽnitatem taber-
naculorum facies
ſeptem diebus, quũ
collegeris tu de a-
rea tua & de torcu-
lari tuo.
14 Et lætaberis in ſo-
lennitate tua, tu &
filius tuus, & filia
tua, & ſeruus tuus,
& ancilla tua, &
Leuita, & peregri-
nus, & pupillus, &
vidua, qui *habitaue-
rint* intra portas
tuas.
15 Septem diebus ſo-
lẽnitatem celebra-
bis Iehouæ Deo tuo
in loco quẽ elege-
rit Iehouáh: quum
benedixerit tibi Ie-
houáh Deus tuus in
cunctis frugibus
tuis, & in omni o-
pere manuum tua-
rum, & eris vtique
lætus.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0043

quodque die:
38 Præter ſabbatha Iehouæ, & præter dona
veſtra, prætérq; omnia vota veſtra, & præ-
ter omnes ſpontaneas oblationes veſtras
quas dabitis Iehouæ.
39 Veruntamen decimoquinto die mẽſis ſe-
ptimi, quando congregaueritis fructũ ter-
ræ, celebrabitis celebritatem Iehouæ ſeptẽ
diebus: die primo *erit* ſabbathũ, die quoque
octauo *erit* ſabbathum.
40 Sumetíſque vobis die primo fructum ar-
boris decoris, *&* ramos palmarũ, & ramos
arboris denſarum frondium, & ſalices tor-
rẽtis, & lætabimini coram Iehoua Deo ve-
ſtro ſeptem diebus.
41 Celebrabitis inquam iſtam celebritatem
Iehouæ ſeptem diebus quotannis: ſtatutum
perpetuum erit in generationibus veſtris,
menſe ſeptimo celebrabitis illam.
42 In tabernaculis habitabitis ſeptẽ diebus:
omnis indigena in Iſraele habitabunt in ta-
bernaculis:
43 Vt ſciant generationes veſtræ quòd in ta-
bernaculis habitare feci filios Iſraél, quãdo
eduxi eos è terra Ægypti: ego Iehouáh
Deus veſter.
44 Loquutus eſt igitur Moſéh de ſolenni-
tatibus Iehouæ ad filios Iſraél.

pro peccato: præter holocauſtũ iuge, min-
ham eius, & libamen eius.
17 Die autem ſecundo iuuencos filios bouis
duodecim, arietes duos, agnos anniculos
quatuordecim immaculatos:
18 Et minham eorum, & libamina eorum in
iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
19 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium
pro peccato: præter holocauſtum iuge, &
minham eius, & libamina eorum.
20 Die verò tertio iuuencos vndecim, arie-
tes duos, agnos anniculos quatuordecim
immaculatos:
21 Et minham eorum, & libamina eorum in
iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
22 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnũ:
præter holocauſtum iuge, & minham eius,
& libamen eius.
23 Die autem quarto iuuencos decem, arie-
tes duos, agnos anniculos quatuordecim
immaculatos:
24 Minham eorum, & libamina eorum in
iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum
numerum eorum, iuxta morem:
25 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium
pro peccato: præter holocauſtũ iuge, min-
ham eius, & libamen eius.

26 Et die quinto iuuencos nouem, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim imma-
culatos:
27 Et minham eorum, & libamina eorum, in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
28 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, & minham eius,
& libamen eius.
29 Die præterea ſexto iuuencos octo, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim imma-
culatos:
30 Et minham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
31 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minham eius &
libamina eius.
32 Et die ſeptimo iuuẽcos ſeptẽ, arietes duos, agnos anniculos quatuordecim immaculatos:
33 Et minham eorum, & libamina eorum in iuuencos, in arietes, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem eorum:
34 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, minham eius, &
libamen eius.
35 Die octauo ſolennitas erit vobis: nullum opus ſeruile facietis.
36 Et offeretis holocauſtum *&* oblationem ignitam odoris quietis Iehouæ, iuuẽcum vnum,
arietem vnum, agnos anniculos ſeptem immaculatos:
37 Minham eorum, & libamina eorum in iuuencum, in arietem, & in agnos, ſecundum nu-
merum eorum, iuxta morem:
38 Et hircum in ſacrificium pro peccato vnum: præter holocauſtum iuge, & minham eius,
& libamen eius.
39 Iſta facietis Iehouæ in ſolennitatibus veſtris, præter vota veſtra, & ſpontanea veſtra in
holocauſtis veſtris, & minhis veſtris, & libaminibus veſtris, & pacificis veſtris.

## *DE FESTO CLANGORIS.*

*Leuit. cap.* XXIII. *verſ.* XXIII.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh,
dicendo,

24 Allo-

*Num. cap.* XXIX. *verſ.* I.

MEnſe autem ſeptimo, primo *die* eiuſdem
conuocatio ſancta erit vobis: nullum o-

24 Alloquere filios Iſraél, dicendo, Menſe
ſeptimo, primo *die* eiuſdē erit vobis ſabba-
thum monimentum clangoris, conuocatio
ſancta.
25 Nullum opus ſeruile facietis, & offeretis
oblationem ignitam Iehouæ.

pus ſeruile facietis, dies clangoris erit
vobis.
2 Et facietis holocauſtum in odorē quietis
Iehouæ, iuuencum filium bouis vnum, arie-
tem vnum, agnos anniculos ſeptem imma-
culatos.
3 Et minham eorum *ex* ſimila permiſta oleo,
tres decimas per ſingulos iuuencos, duas decimas per ſingulos arietes:
4 Et decimam vnam per agnos ſingulos, per ſeptem agnos:
5 Et hircum caprarum vnum in ſacrificium pro peccato ad expiandum vos:
6 Præter holocauſtum calendarum & minham eius, & holocauſtum iuge minhámque eius,
& libamina eorum, ſecundum ritus ſuos, in odorem quietis, oblatio ignita Iehouæ.

## DE FESTO EXPIATIONVM.

*Exod. cap.* XXX. *verſ.* X.

ET expiabit Aha-
rón ſuper cornua
eius ſemel in anno:
ſanguine oblatio-
nis pro peccato
expiationum, ſe-
mel in anno expia-
bit ſuper illud in
generationibus ve-
ſtris: ſanctitas ſan-
ctitatum eſt Ieho-
uæ.

*Leuit. cap.* XVI. *verſ.* I.

LOquutus eſt autē Iehouáh ad Moſéh poſt-
quam mortui ſunt duo *ex* filiis Aharón,
qui dum accederent coram Iehoua, mortui
ſunt.
2 Dixítque Iehouáh ad Moſéh, Loquere ad
Aharón fratrem tuum, vt ne ingrediatur o-
mni tempore ſanctuarium intra velum corā
Propitiatorio quod eſt ſuper Arcam, ne mo-
riatur, in nube enim apparebo ſupra Propi-
tiatorium.
3 Cum hoc ingredietur Aharón ſanctuariū,
cum iuuēco filio bouis in hoſtiam pro pec-
cato, & ariete in holocauſtum.
4 Tunica linea ſancta induet ſe, & femina-
lia linea erunt ſuper carnem eius, balteóque
lineo accinget ſe, & mitra linea velabit ſeſe:
veſtes ſanctitatis ſunt: lauabítque aqua carnē
ſuam, & induet ſe illis.
5 A cœtu autem filiorum Iſraél accipiet duos
hircos caprarum in hoſtiam pro peccato, &
arietem vnum in holocauſtum.
6 Offerétque Aharón iuuēcum ſacrificii pro
peccato ſuum, & expiationem faciet pro ſe
& pro domo ſua.
7 Poſtea capiet duos hircos, quos ſtatuet co-
ram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
8 Mittétque Aharón ſuper duos illos hircos
ſortes, ſortem vnam Iehouæ, & ſortem alte-
ram pro Azazel.
9 Offeret autem Aharón hircum ſuper quē
ceciderit ſors pro Iehouáh, & faciet eum
pro peccato.
10 Hircum verò ſuper quē ceciderit ſors pro
Azazel, ſtatuet viuum coram Iehoua, ad e-
mundandum per illum, ad emittendū illum
in Azazel in deſertum.

*Num. c.* XXIX. *verſ.* VII.

DEcimo autē *die*
menſis ſeptimi
huius, conuocatio
ſancta erit vobis,
affligetíſq; animas
veſtras: nullū opus
facietis.
8 Et offeretis holo-
cauſtum Iehouæ in
odorē quietis, iu-
uencum filium bo-
uis vnum, arietem
vnum, agnos anni-
culos ſeptem: im-
maculati erunt vo-
bis.
9 Et minham eorū
*ex* ſimila conſperſa
oleo, tres decimas
in ſingulos iuuen-
cos, duas decimas
in ſingulos arietes:
10 Singulas decimas
per agnos ſingulos,
per ſeptem agnos:
11 Hircum caprarum
vnum in ſacrificiū
pro peccato: præ-
ter oblationē pro
peccato expiatio-
nū, & holocauſtum
iuge & minham e-
ius, libamináque
eorum.

11 Offeret autem Aharón iuuencum pro hoſtia peccati ſuum, & expiationem faciet pro ſe
& pro domo ſua: mactabítque iuuencum pro hoſtia peccati ſuum.
12 Aſſumet quoque plenum thuribulū prunis ignitis de altari à conſpectu Iehouæ, & plenas
volas ſuas de inſenſo aromatico comminuto, & inferet intra velum.
13 Ponétque inſenſum ſuper ignē coram Iehoua: operiétque nubes incenſi Propitiatorium
quod eſt ſuper Teſtimonium, & non morietur.
14 Denique accipiet de ſanguine iuuenci, & aſperget digito ſuo contra faciē Propitiatorii

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0045

ad Orientem: coram Propitiatorio inquam aſperget ſeptem vicibus de ſanguine illo, digito ſuo.
15 Mactabit præterea hircum hoſtiam pro peccato, qui fuerit populi & inferet ſanguinem eius intra velum: faciétque de ſanguine eius quemadmodum fecit de ſanguine iuuenci, aſpergens ſcilicet illum ſuper Propitiatorium & coram Propitiatorio.
16 Et emundabit ſanctuarium ab immunditiis filiorum Iſraél, & à præuaricationibus eorũ, cunctíſque peccatis eorum: ſic quoque faciet tabernaculo eccleſiæ quod moratur cum eis in medio immunditiarum eorum.
17 Nullus autem homo erit in tabernaculo eccleſiæ dum ingredietur ipſe ad emundandum in ſanctuario, donec egrediatur ipſe: & expiationem fecerit pro ſe & pro domo ſua, & pro vniuerſo cœtu Iſraél.
18 Exibit autem ad altare quod eſt coram Iehoua, & expiabit illud: tollétque de ſanguine iuuenci, ac de ſanguine hirci, & ponet ſuper cornua altaris per circuitum.
19 Aſpergétque ſuper illud de ſanguine illo, digito ſuo, ſeptem vicibus, ac mundabit illud, ſanctificabítque ab immunditiis filiorum Iſraél.
20 Quum autem finierit expiare ſanctuarium, tabernaculúmque eccleſiæ, & altare: tunc offeret hircum viuum.
21 Imponétque Aharón ambas manus ſuas ſuper caput hirci viui, & confitebitur ſuper illud omnes iniquitates filiorum Iſraél, & omnes præuaricationes eorum cum omnibus peccatis eorum: & ponet illa ſuper caput hirci, ac emittet *illum* per manum viri præparati, in deſertum.
22 Et portabit hircus ille ſuper ſe omnes iniquitates eorum in terram inhabitabilem, & abire ſinet hircum illum in deſerto.
23 Veniet poſt hæc Aharón in tabernaculum eccleſiæ, & exuet ſe veſtibus lineis quibus induerat ſe dum ingrederetur ſanctuarium, & ponet eas ibi.
24 Lauabítque carnem ſuam aqua in loco ſancto, & induet ſe veſtibus ſuis: egredietur autem, & faciet holocauſtum ſuum & holocauſtum populi, & expiationem faciet pro ſe & pro populo:
25 Adipem verò hoſtiæ pro peccato adolebit ſuper altare.
26 Qui verò deduxerit hircum in Azazel, lauabit veſtimēta ſua, poſteaquam lauerit carnem ſuam aqua: & poſtea ingredietur caſtra ipſa.
27 Iuuencum autem pro peccato, & hircum pro delicto quorum illatus fuerit ſanguis ad emundandum in ſanctuario, educet extra caſtra, & comburent igni pellem eorum, & carnes eorum, & fimum eorum.
28 Et qui combuſſerit ea, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit carnem ſuam aqua, & poſtea ingredietur caſtra.
29 Eritque vobis in ſtatutum perpetuum: menſe ſeptimo, decima menſis affligetis animas veſtras, neque opus vllum facietis, indigena & peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri.
30 In hac enim die expiabit vos vt emundet vos: ab omnibus peccatis veſtris coram Iehoua mundabimini.
31 Sabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras ſtatuto perpetuo.
32 Expiabit autem ſacerdos quem vnxerit *vngens*, & cuius conſecrauerit manum ad fungēdum ſacerdotio pro patre ſuo: induétque ſe veſtibus lineis, veſtibus ſanctis.
33 Et expiabit ſanctuarium ſanctitatis, & tabernaculum eccleſiæ, altare quoque expiabit, & ſacerdotes, & cunctum populum congregationis expiabit.
34 Eritque hoc vobis in ſtatutum perpetuum ad emūdandum filios Iſraél ab omnibus peccatis ſuis ſemel quotannis. Et fecit Moſéh ſecundum quod præceperat *ei* Iehouáh.
CAP. 22. v. 26 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
27 Veruntamen in decimo menſis huius ſeptimi, dies expiationum erit: conuocatio ſancta erit vobis: affligetíſque animas veſtras, & offeretis oblationem ignitam Iehouæ.
28 Nullum opus facietis hoc ipſo die: quia dies expiationum eſt, ad expiandum vos coram Iehoua Deo veſtro.
29 Omnis enim anima quæ non fuerit afflicta eo ipſo die, excidetur è populis ſuis.
30 Et quiſquis fecerit quodcunque opus eo ipſo die, perdam animam illam è medio populi ſui:
31 Nullum opus facietis: ſtatutum perpetuum erit in generationibus veſtris in cunctis habitationibus veſtris.
32 Sabbathum quietis eſt vobis, & affligetis animas veſtras: nona menſis, in veſpera, à veſpera vſque ad veſperam quieſcetis *in* ſabbatho veſtro.

*DE*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0046

## DE PRIMITIIS.

*Exod. cap.* XXII. *v.* XXIX.

PLenitudinē tuam & lacrymā tuam non tardabis *offerre*: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.
30 Sic facies de boue tuo, *&* de pecore tuo: ſeptem dies erit cum matre ſua, die autem octauo dabis eum mihi.
CAP. 23. v. 19 Primitias primitiuorum terræ tuæ adduces in domum Iehouæ Dei tui, non coques hœdum in lacte matris ſuæ.
CAP. 34. v. 26 Principium primitiuorum terræ tuæ inferes in domum Iehouæ Dei tui. Non coques hædum in lacte matris ſuæ.

*Leuit. cap.* II. *verſ.* XIIII.

SI verò obtuleris minham primitiarum Iehouæ, ſpicā toſtam igni, triticū cōtuſum ſpicæ plenæ offeres minham primitiarum tuarū.
15 Et pones ſuper eā oleum, pones item thus ſuper eā: minha eſt.
16 Et adolebit ſacerdos odorem eius de frumento eius contuſo, & de oleo eius vltra totum thus ipſius: oblatio eſt ignita Iehouæ.

*Num. cap.* XV. *v.* XVII.

LOquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
18 Alloquere filios Iſraél, & dicas eis, Quum ingreſsi fueritis terram ad quā ego introducturus ſum vos.
19 Tum fiet, quū comederitis comedere de pane terræ, offeretis oblationē Iehouæ.
20 *De* primitiis conſperſionum veſtrarum, placentam offeretis *in* oblationē: ſicut oblationem areæ, ſic offeretis illam.
21 De primitiis conſperſionum veſtrarū dabitis Iehouæ, oblationem per generationes veſtras.

*Deut. cap.* XXVI. *ver.* I.

QVum autem ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem, & poſſederis eam, & habitaueris in ea:
2 Tunc accipies de primitiis omnium fructuū terræ, quas afferes è terra tua quā Iehouáh Deus tuus dat tibi, & pones in caniſtro, ibíſque ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus, vt illic habitare faciat nomen ſuum:
3 Et venies ad ſacerdotem qui erit in diebus illis, dicéſque illi, Annuntio hodie Iehouæ Deo tuo quòd ingreſſus ſum terram quam iurauit Iehouáh Patribus noſtris ſe daturum nobis.
4 Capiétque ſacerdos caniſtrum è manu tua, & ponet illud coram altari Iehouæ Dei tui.
5 Et loquêris, ac dices coram Iehoua Deo tuo, Syrus *ille* penuria laborans pater meus, deſcendit in Ægyptū, & peregrinatus eſt illic cum viris paucis, & euaſit illic in gentem magnam, robuſtam, & multam.
6 Moleſtia autem nos affecerunt Ægyptij, & afflixerunt nos, impoſuerúntque nobis ſeruitutem duram.
7 Clamauimus itaque ad Iehouam Deum Patrum noſtrorum, & exaudiuit Iehouáh vocem noſtram, & aſpexit afflictionem noſtram, & laborem noſtrum, & oppreſsionem noſtram.
8 Et eduxit nos Iehouáh ex Ægypto cum manu forti, ac brachio extento, & terrore magno, & ſignis atque portentis.
9 Et introduxit nos ad locum iſtum, dedítque nobis terram iſtam, terram fluentem lacte & melle.
10 Nunc igitur ecce, attuli primitias fructus terræ quam dediſti mihi, ô Iehouáh, & relinques illud coram Iehoua Deo tuo, atque adorabis coram Iehoua Deo tuo.
11 Et lætaberis in omni bono quod dederit tibi Iehouáh Deus tuus & domui tuæ, tu & Leuita, & peregrinus qui eſt in medio tui.

## DE DECIMIS.

*Leuit. cap.* XXVII. *verſ.* XXX.

OMnes autem decimæ terræ *ſiue* de ſemine terræ, *ſiue* de fructu arborum, Iehouæ ſunt, ſanctitas Iehouæ.
31 Si verò redimendo redemerit vir *aliquid* de decimis ſuis, quintam eius partem addet vltra eam.
32 Et omnis decima boum & ouium, omnium *nempe*

*Num. cap.* XVIII. *verſ.* XXIV.

DEcimas enim filiorū Iſraél quas offerent Iehouæ *in* oblationem, dedi Leuitis in hæreditatem: idcirco dixi *de* illis, In medio filiorum Iſraél non poſsidebunt hæreditatem.
25 Et loquutus eſt Iehouáh, ad Moſéh, dicendo,
26 Et ad Leuitas loquêris, &

*Deut. cap.* XII. *verſ.* V.

SEd locum quem elegerit Iehouáh Deus veſter de cunctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuum ibi, vt habitet ipſe, requiretis, & venietis illuc:
6 Et adducetis eò holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, & decimas veſtras, & oblationem manus veſtræ,

quæ tranſeũt ſub virga, decima *inquam pars* erit ſanctitas Iehouæ.
33 Non diſquiret vtrum bonum an malum, neque permutabit illud: quòd ſi cõmutando commutauerit ipſum, erit tam hoc quàm illud quod commutatum eſt, erit *inquã* ſanctificatio, non redimetur.

dices eis, Quum acceperitis à filiis Iſraél decimas quas dedi vobis ab illis in hæreditatẽ veſtrã: tunc offeretis ex illis oblationẽ Iehouæ, decimas è decimis.
27 Et reputabitur vobis oblatio *illa* veſtra vt frumẽtum de area, & vt plenitudo de torculari.
28 Sic offeretis vos quoque oblationem Iehouæ de omnibus decimis veſtris, quas acceperitis à filiis Iſraél, & dabitis ex illis oblationem Iehouæ Aharón ſacerdoti.
29 Ex omnibus donariis veſtris offeretis omnem oblationem Iehouæ, de omni adipe eius, ſanctificationem eius de eo.
30 Dices præterea illis, Quũ obtuleritis pinguedinẽ eius ex eo, reputabitur Leuitis vt fructus areæ, & vt fructus torcularis.
31 Comedetis autẽ illud in omni loco vos & domus veſtra: quia merces eſt vobis pro miniſterio veſtro in tabernaculo eccleſiæ.
32 Et non portabitis ob id peccatum quum vos obtuleritis pinguedinem eius ex eo: & *ita* ſanctificationes filiorum Iſraél nõ polluetis, & non moriemini.

& vota veſtra, & ſpõtanea veſtra, & primogenita boũ veſtrorũ, & ouiũ veſtrarum.
& 10 Sed tranſibitis Iardén, & habitabitis in terra quam Iehouáh Deus veſter dat vobis poſſidẽdam iure hæreditario, & requiem dabit vobis ab omnibus inimicis veſtris in circuitum, & habitabitis confidenter.
11 Tunc *ad* eum locum quem elegerit Iehouáh Deus veſter vt habitare faciat nomen ſuum illic, conferetis omnia quæ ego præcipio vobis, holocauſta veſtra, & ſacrificia veſtra, decimas veſtras, & oblationes manus veſtræ, & omne quod præcipuum eſt in votis veſtris quæ vouebitis Iehouæ.
& 17 Non poteris comedere intra portas tuas decimã frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorũ, & pecudũ tuarũ, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ:
18 Sed corã Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quem elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quam miſeris manum tuam.

Cap. 14. v. 22 Decimando decimabis omnem prouentum ſeminis tui quod egreſſũ fuerit ex agro annuatim.
23 Et comedes coram Iehoua Deo tuo in loco quẽ elegerit, ut habitare faciat nomẽ ſuũ ibi, decimam frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum: vt diſcas timere Iehouam Deum tuum omnibus diebus.
24 Quòd ſi longior fuerit via quàm vt per eã ferre poſſis illas, quòd diſtet à te locus ille quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus vt ponat nomẽ ſuũ ibi, quũ benedixerit tibi Iehouáh Deus tu9:
25 Tunc dabis pro pecunia, & colligabis pecuniam in manu tua, & ibis ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus:
26 Et dabis pecuniam pro omni eo quod deſiderat anima tua, pro bobus, & pro ouibus, & pro vino, & pro ſechár, & pro cũctis denique quæ poſtulauerit à te anima tua: & comedes ibi coram Iehoua Deo tuo, & lætaberis tu & domus tua.
27 Leuitam autem qui intra portas tuas habitauerit, non derelinques: quia non eſt ei pars & hæreditas tecum.
28 Tertio quoq; anno proferes omnes decimas prouẽtus tui anno ipſo, & repones intra portas tuas.
29 Veniétq; Leuita (quia nõ eſt ei portio & hæreditas tecũ) & peregrinus, & pupillus, atq; vidua, qui ſunt intra portas tuas, & comedent & ſaturabuntur, vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manus tuæ quod feceris.
Cap. 26. v. 12 Poſtquã cõpleueris dare decimã omniũ decimarum fructuum tuorũ anno tertio, anno decimæ, & dederis Leuitæ, peregrino, pupillo, & viduæ, & comederint intra portas tuas, & ſaturati fuerint.
13 Tunc dices coram Iehoua Deo tuo, Extuli ſanctificatum è domo, & etiam dedi illud Leuitæ,

Leuitæ, & peregrino, pupillo,& viduæ, ſecundum omne præceptum tuū quod præcepiſti
mihi : non præteriui *vllum* de præceptis tuis,neque oblitus ſum.
14 Non comedi in triſtitia mea ex eo, neque extuli ex eo in re profana, neque dedi *quicquam*
ex ea in funere : obediui voci Iehouæ Dei mei, feci iuxta omnia quæ præcepiſti mihi.
15 Reſpice de habitaculo ſanctitatis tuæ, è cælo, & benedic populo tuo Iſraeli, & terræ quā
dediſti nobis, quemadmodum iuraſti Patribus noſtris, terræ fluenti lacte & melle.

## DE NOVALIBVS.

*Leuit.cap.* XIX. *verſ.* XXIII.

QVum autem ingreſſi fueritis terram, & plantaueritis omnis generis arborem fructiferam,tunc circuncidetis præputium eius,fructum eius:tribus annis erit vobis incircuncisus,non comedetur eius fructus.
24 Quarto autem anno erit omnis fructus eius ſanctitas laudum Iehouæ.
25 Anno verò quinto comedetis fructum eius, vt multiplicet vobis fructum eius: ego Iehouáh Deus veſter.

## DE PRIMOGENITIS.

*Exod. cap.* XIII. *verſ.* I.

DIxítque Iehouáh ad Moſéh his verbis,
2 Sanctifica mihi omne primogenitum: quicquid aperit vuluam in filiis Iſraél tam in hominibus quàm in iumentis: meum *enim* eſt.
& 11 Quúmque introduxerit te Iehouáh in terram Chenaanæorum, quemadmodum iurauit tibi & Patribus tuis,& dederit eam tibi :
12 Tunc transferes omnem apertionē vuluæ ad Iehouam, omnem item apertionem, emiſsionem iumenti, quod tuum erit : maſcula, Iehouæ *erunt*.
13 Omne autem primogenitū aſini redimes hœdo : quòd ſi non redemeris, ceruicem franges ei : omne quoque primogenitum hominis in filiis tuis,redimes.
14 Quum autem interrogauerit te filius tuus cras, dicendo, Quid hoc? tum dices ad eū,
In fortitudine manus eduxit nos Iehouáh ex Miſráim è domo ſeruorum.
15 Et fuit, quum indurasſet ſe Paróh quominus dimitteret nos, occîdit Iehouáh omne primogenitum in terra Miſráim à primogenito hominis vſque ad primogenitum animalis: idcirco ego ſacrifico Iehouæ omnem apertionem vuluæ ſexus maſculini:omne autem primogenitum filiorum meorum redimo.
16 Et erit in ſignum ſuper manum tuam,& in frontalia inter oculos tuos : quia in fortitudine manus eduxit nos Dominus ex Miſráim.
CAP.22. V.29 Plenitudinem & lachrymam tuā non tardabis *offerre*:primogenitum filiorum tuorum dabis mihi.
30 Sic facies de boue tuo, & de pecore tuo : ſeptem dies erit cū matre ſua, die autem octauo dabis eum mihi.
CAP.34. V.19 Quicquid aperit vuluam,meum eſt, & omne pecus tuum *quod* memorabitur *inter* primogenita boum & ouium.
20 At primogenitum aſini redimes oue:quòd ſi non redemeris, tum ceruicem præcides illi, omne primogenitum filiorum tuorum redimes : neque conſpicientur coram me vacui.

*Deuter. cap.* XV. *verſ.* XIX.

OMne primogenitum quod naſcetur in armento tuo aut in grege tuo, maſculum ſanctificabis Iehouæ Deo tuo : non vtêris opera primogeniti bouis tui,neque tondebis primogenita gregis tui.
20 Coram Iehoua Deo tuo comedes illa annuatim,in loco quem elegerit Iehouáh, tu & familia tua.
21 Quòd ſi fuerit in eo macula *aut fuerit* cæcum, vel claudum, *aut* quouis *alio* vitio *deprauatum*, non ſacrificabis illud Iehouæ Deo tuo.
22 Intra portas tuas comedes illud, immundus & mundus pariter *comedet*, perinde atque capream & ceruum.
23 Tantummodo ſanguinem eius non comedes, *ſed* ſuper terram fundes illum tanquā aquam.

## DE SABBATHO SEPTENNI.

*Exod.cap.*XXIII.*ver.*x.

SEx annis ſeres terram tuam, & congregabis prouentũ eius.

11 In ſeptimo verò relinques eã, atque deſeres, & comedẽt pauperes populi tui: reſiduum autẽ eorũ comedet beſtia agri: ſic facies vineæ tuæ & olivcto tuo.

*Leuit. cap.* XXV. *ver.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh in monte Sinái, dicendo,

2 Alloquere filios Iſraél, & dic eis, Quum ingreſsi fueritis terram quam ego do vobis, tunc ſabbathizabit terra ſabbathum Iehouæ.

3 Sex annis ſeminabis agrum tuum, & ſex annis putabis vineam tuã, colligéſque fructus eius.

4 Anno autem ſeptimo ſabbathum requietionis erit terræ, ſabbathum Iehouæ: agrum tuum non ſeres, & vineam tuam nõ putabis.

5 Quæ ſua ſponte naſcuntur *in* meſſe tua, non metes, & vuas ſeparationis tuæ non vindemiabis: annus requietionis erit terræ.

6 Erit autem ſabbathum terræ vobis in cibum, tibi, & ſeruo tuo, & ancillæ tuæ, & mercenario tuo, & aduenæ tuo, qui habitant apud te:

7 Et animali tuo, & beſtiæ quæ fuerit in terra tua, erit *inquam* omnis fructus eius in cibum.

& 18 Et facite ſtatuta mea, iudiciáque mea ſeruate, & facite illa, & habitabitis ſuper terram illam confidenter.

19 Dabítque terra fructum ſuum, & comedetis ad ſaturitatẽ vſque, atque habitabitis confidenter ſuper illam.

20 Quòd ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo? en non ſeremus, neque colligemus fructus noſtros:

21 Tunc præcipiã benedictioni meæ *pro* vobis anno ſexto, & faciet fructum pro tribus annis.

22 Seretíſque anno octauo, & comedetis fructum veterem vſque ad annum nonum: donec venerit fructus eius, comedetis vetus.

## DE IUBILEO.

*Leuit. cap.* XXV. *verſ.* VIII.

NVmerabis autem ſeptem ſabbatha annorum, *id eſt* ſeptem annos ſeptem vicibus: qui quidem dies ſeptem ſabbathorum annorum, efficient tibi quadraginta nouem annos.
9 Tunc tranſire facies tubam iubilationis menſe ſeptimo, decimo mẽſis, *id eſt* die expiationum: tranſire *inquam* facietis tubam per vniuerſam terram veſtram.
10 Sanctificabitíſque annum quinquageſimum, & proclamabitis libertatem in terra cunctis habitatoribus eius: iobél ipſe erit vobis: & reuertemini quiſque ad poſſeſsionẽ ſuam, & quiſque ad familiam ſuam reuertemini.
11 Iobél ipſe, annus quinquaginta annorũ erit vobis: non ſeretis, neque metetis quæ ſponte produxerit terra, neque vindemiabitis ſeparationes eius:
12 Quia iobél eſt, ſanctus erit vobis: agri comedetis fructum.
13 Anno iobél iſto reuertemini ſinguli ad poſſeſsionem ſuam.

## DE UOTIS IN GENERE.

*Leuit.cap.*XXVII.*verſ.*IX.

SI autem animal *vouerit* de quo offerunt oblationem Iehouæ, omne de quo dederit Iehouæ, erit ſanctitas.

10 Non mutabit illud, neque commutabit illud, melius deteriore, aut deterius meliore, quòd ſi commutando commutauerit, animal animali, & illud & cõmutatio eius erit ſanctitas.

*QUAE*

*Num. cap.* XXX. *verſ.* II.

LOquutus eſt præterea Moſéh ad capita tribuum de filiis Iſraél, dicendo, Hoc eſt quod præcepit Iehouáh,

3 Quicunque vouerit votũ Iehouæ, aut iurauerit iuramentum, aſtringendo obligatione animam ſuam, non polluet verbum ſuum: iuxta omne quod egreſſum eſt ex ore ſuo, faciet.

*Deut. cap.*XIII. *verſ.*XXI.

QVũ voueris votũ Iehouæ Deo tuo, nõ differes reddere illud: quia requirendo requiret illud Iehouáh Deus tuus à te, & erit in te peccatũ.

22 Si autem deſieris vouere, non erit in te peccatum.

23 Quod egreſſum fuerit è labiis tuis, præſtabis & facies quemadmodum vouiſti Iehouæ Deo tuo ſponte tua, poſteaquam loquutus es ore tuo.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0050

## QUAE PERSONAE VOUERE SINE *exceptione non poſſint.*

*Num. cap.* XXX. *verſ.* IIII.

AT mulier quum vouerit votum Iehouæ, & aſtrinxerit ſe obligatione in domo patris ſui in pueritia ſua:
5 Et audierit pater eius votũ ipſius,& obligationem qua aſtrinxit animam ſuam, & tacuerit illi pater eius: tum firma erunt omnia vota illius, omníſque obligatio qua obligauerit animam ſuam, ſtabilis erit.
6 Si autem irritum fecerit pater eius illud qua die ipſe audierit omnia vota eius, & obligationes eius quibus obligauerit animam ſuam: non erũt ſtabilia, & Iehouáh parcet ei, quia irritum fecit pater eius illud.
7 Quòd ſi nupſerit viro, & vota vouerit, aut protulerit labiis ſuis aliquid quo obligauerit animam ſuam:
8 Et audiuerit vir eius, & die qua audiuerit, tacuerit ei: ſtabilia erũt vota eius,& obligatio eius qua obſtrinxerit animam ſuam, ſtabilis erit.
9 Si verò die qua audiuit vir eius, irritum fecerit illud: tunc irritum reddet votum illius quod vouit, & quod protulit labiis ſuis, quo obſtrinxerat animam ſuam, & Iehouáh parcet ei.
10 Omne autem votum viduæ & repudiatæ quo obligauit animam ſuam, firmum erit.
11 Si autem *in* domo viri ſui vouerit, aut obſtrinxerit obligatione *aliqua* animam ſuam cum iuramento:
12 Si audierat vir eius, & tacuerat ei, nec irritum fecerat illud: tum ſtabilia erũt omnia vota eius, & omnis obligatio qua obſtrinxerit animam ſuam, ſtabilis erit.
13 Quòd ſi irritũ faciendo irrita fecerat ea vir eius die qua audiuerat, omnis egreſsio labiorum eius in votis eius, & in obligatione animæ eius, non erit ſtabilis: vir eius irritauit ea & Iehouáh parcet illi.
14 Omne votum, & omne iuramẽtum obligationis vt affligat animam, vir eius ſtabiliet illud, & vir eius irritum faciet illud.
15 Quòd ſi tacendo tacuerit illi vir eius à die in diem, tunc ſtabiliet omnia vota eius, vel omnes obligationes eius quæ ſunt ſuper eam: ſtabiliet ea, quia tacuit illi in die qua audiuit.
16 Et ſi irrita faciendo irrita fecerit ea poſtquam audiuit, tunc portabit iniquitatem illius.
17 Iſta ſunt ſtatuta quæ præcepit Iehouáh Moſéh inter virum & vxorem eius, inter patrem & filiam eius in pueritia eius *in* domo patris ſui.

## QUAE VOUERI NON POSSINT.

*Leuit. cap.* XXVII. *verſ.* XXVI.

VEruntamen primogenitum quod iure primogenituræ offertur Iehouæ inter animalia, nemo conſecrabit: ſiue bos, ſiue ouis, Iehouæ eſt.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XVIII.

NOn adduces mercedẽ meretricis, & pretium canis in domũ Iehouæ Dei tui pro quocunque voto: quia abominatio Iehouæ Dei tui etiam vtrunque eſt.

## DE VOTORUM REDEMPTIONE.

*Leuit. cap.* XXVII. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraél, & dic eis, Vir quum ſeparauerit votum ſecundum æſtimationem animarum, Iehouæ:
3 Erit æſtimatio tua: *pro* maſculo, à filio viginti annorum vſque ad filium ſexaginta annorum erit æſtimatio tua quinquaginta ſeclorum argenteorum, ſecundum ſeclum ſanctuarii:
4 Quòd ſi fœmina fuerit, erit æſtimatio triginta ſeclorum.
5 Si autem à filio quinque annorum vſque ad filium viginti annorum: erit æſtimatio tua, *pro* maſculo viginti ſeclorum: *pro* fœmina verò, decem ſeclorum.
6 Si verò à filio menſis vſque ad filium quinque annorum, erit æſtimatio tua, *pro* maſculo

quinque ſeclorum argenteorum: *pro* fœmina verò, æſtimatio tua *erit* trium ſeclorum argenteorum.
7 At ſi à filio ſexaginta annorum & ſuprà: ſi *pro* maſculo, erit æſtimatio tua quindecim ſeclorum: & *pro* fœmina, decem ſeclorum.
8 Quòd ſi pauperior eſt quàm vt æſtimationem tuam *poſſit ſoluere*, tunc ſtatuet illum coram ſacerdote, & æſtimabit eum ſacerdos: ſecũdum quod apprehenderit manus vouentis, æſtimabit eum ſacerdos.
9 Si autem animal *venerit* de quo offerunt oblationem Iehouæ, omne de quo dederit Iehouæ, erit ſanctitas.
10 Non mutabit illud, neque commutabit illud, melius deteriore, aut deterius meliore. Quòd ſi commutando commutauerit animal animali, & illud & commutatio eius erit ſanctitas.
11 Si autem *fuerit* quodlibet animal immundum, de quo non offerunt oblationem Iehouæ, tunc ſtatuet animal coram ſacerdote:
12 Æſtimabítque illud ſacerdos, ſiue bonum *ſic*, ſiue malum: ſecundum æſtimationem tuam, *ô* ſacerdos, ſic erit.
13 Si verò redimendo redemerit illud, addet quintam eius partem vltra æſtimationem tuam.
14 Vir autem cum conſecrauerit domum ſuam conſecrationem Iehouæ, æſtimabit eam ſacerdos ſiue bona *ſit* ſiue mala: ſecundum quod æſtimauerit eam ſacerdos, ſic manebit.
15 Si autem conſecrans redemerit domum ſuam, addet quintam partẽ pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam, & illius erit.
16 Si verò de agro poſſeſsionis ſuæ conſecrauerit quis Iehouæ, erit æſtimatio tua ſecundum ſementem eius: ſemen cori hordeorum, quinquaginta ſeclis argenteis æſtimabitur.
17 Quòd ſi ab anno iobél conſecrauerit agrum ſuum, ſecundum æſtimationem tuam manebit.
18 Si verò poſt iobél conſecrauerit agrum ſuum, tum ſupputabit cum eo ſacerdos pecuniam ſecundum annos qui remanent vſque ad annum iobél, & detrahetur de æſtimatione tua.
19 Si autem redimendo redimat agrum qui conſecrauit ipſum, addet quintam partem pecuniæ æſtimationis tuæ ſuper eam, & manebit ei.
20 Si verò non redemerit agrum, & ſi vendiderit agrum viro alteri, non redimet vltrà:
21 Sed erit ager, quum egredietur iobél, ſanctitas Iehouæ, ſicut ager anathemathis, ſacerdoti erit poſſeſsio eius.
22 Si verò agrum emptum à ſe, qui non erat de agro poſſeſsionis ſuæ, conſecrauerit Iehouæ:
23 Tunc ſupputabit illi ſacerdos numerum æſtimationis tuæ vſque ad annum iobél, dabítque æſtimationem tuam in die illo, ſanctitatem Iehouæ.
24 In anno iobél reuertetur ager ad eum à quo emerat ipſum, ad eum cuius *erat* poſſeſsio terræ.
25 Omnis autem æſtimatio tua erit ſecũdum ſeclum ſanctuarii: viginti obolorum eſt ſecél.
& 27 Si verò *fuerit* ex animalibus immundis, redimet iuxta æſtimationem tuam, & addet quintam partem eius vltra eam: & ſi non redimatur, vendatur iuxta æſtimationem tuam.
28 Veruntamen omne anáthema quod conſecrabit aliquis Iehouæ, ex omnibus quæ habet, de hominibus & animalibus, & de agris poſſeſsionis ſuæ, non vendetur, neque redimetur, omne *enim* anáthema ſanctitas ſanctitatum erit Iehouæ.
29 Omne anáthema quod conſecrabitur de hominibus, non redimetur, moriendo, morietur.

## DE VOTO NAZAREATUS.

**Num. cap. VI. verſ. I.**

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraelis, & dicas eis, Vir aut mulier quum ſeparauerit ſe, vouendo votum Nazaræi, vt ſeparet ſeſe Iehouæ:
3 A vino & ſechar ſeparabit ſe: acetum vini, & acetum ſechár non bibet, neque vllũ madefactum vuis bibet, ſed nec vuas recentes & ſiccas comedet.
4 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ex omni eo quod fit è vite vini, ab acinis ipſis vſque ad corticem, non comedet.

5 Omni-

5 Omnibus diebus voti Nazaræatus ſui nouacula non tranſibit ſuper caput eius, donec impleti fuerint dies quibus conſecrabit ſe Iehouæ: ſanctus erit, creſcere ſinet crinen capitis ſui.
6 Omnibus diebus quibus ſeparabit ſe Iehouæ,ad animam mortui non ingredietur.
7 Super patre ſuo aut ſuper matre ſua, ſuper fratre ſuo aut ſuper ſorore ſua non polluet ſeſe illis quum mortui fuerint:quia conſecratio Dei ſui eſt ſuper caput eius.
8 Omnibus diebus Nazaræatus ſui ſanctus erit Iehouæ.
9 Si autem mortuus fuerit mortuus iuxta eum ſtatim mox, & polluerit caput ſeparationis eius:radet caput ſuum die purificationis ſuæ,die ſeptimo radet illud.
10 Die autē octauo afferet duos turtures,vel duos pullos columbæ ad ſacerdotem,ad oſtium abernaculi eccleſiæ.
11 Et faciet ſacerdos vnum pro peccato, & alterū in holocauſtum: expiabitque illum de eo quod peccauit ſuper cadauere,& ſanctificabit caput ſuum die illa.
12 Et ſeparabit Iehouæ dies Nazaræatus ſui,afferetque agnū anniculum pro delicto:& dies priores erunt irriti,quoniam pollutus fuit Nazaræatus eius.
13 Hæc autem eſt lex Nazaræi:die quo completi fuerint dies nazaræatus eius,conferet ſe ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
14 Offeretque oblationem ſuam Iehouæ agnum anniculum perfectū vnum in holocauſtū, & agnam vnam anniculam perfectam in ſacrificium pro peccato,& arietem vnum perfectum in hoſtiam pacificorum:
15 Caniſtrum præterea *panum* infermentatorum, ſimilam placentarum conſperſarum oleo, & lagana infermentata vncta oleo,& minham eorum,& libamina eorum.
16 Et offeret *illa* ſacerdos coram Iehoua, facietque ſacrificium pro peccato illius, & holocauſtum illius.
17 Arietem quoque faciet ſacrificium pacificorum Iehouæ, vnà cū caniſtro infermentatorum: faciet item ſacerdos minham eius,& libamen eius.
18 Tum radet Nazaræus *ad* oſtium tabernaculi eccleſiæ caput nazaræatus ſui, capietque cæſariem capitis nazaræatus ſui, & ponet ſuper ignem qui eſt ſuper ſacrificium pacificorum.
19 Capiet præterea ſacerdos armum coctum de ariete illo: & placentam infermentatam vnam è caniſtro, & laganum infermentatum vnum, & ponet ſuper manus Nazaræi,poſteaquam raſus fuerit nazaræatus eius.
20 Et eleuabit ea ſacerdos eleuatione coram Iehoua:ſanctitas eſt ſacerdoti vltra pectuſculum eleuationis,& vltra armum exaltationis: & poſtea bibat Nazaræus vinum.
21 Hæc eſt lex Naxaræi qui vouerit, *&* oblationis eius Iehouæ pro nazaræatu ſuo, præter id quod attinget manus eius: ſecundum votum ſuum quod vouerit, ſic faciet ſecūdum legem nazaræatus ſui.

## DE LEGIBVS PROPRIIS Sacerdotum.

### DE POLLVTIONIBVS.

*Leuit. cap.* XXII. *verſ.* I.

LOquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
2 Loquere ad Aharón & filios eius, vt ſeparent ſeſe à ſanctificationibus filiorum Iſraél, & ne polluant nomen ſanctitatis meæ *in his* quæ ipſi ſanctificant mihi:ego Iehouáh.
3 Dic illis,In generationibus veſtris omnis vir qui acceſſerit ex omni ſemine veſtro ad ſanctificationes quas ſanctificauerint filii Iſraél Iehouæ, & immūditia ſua fuerit ſuper ipſum, excidetur anima ipſius à facie mea:ego Iehouáh.
4 Quicunque è ſemine Aharón fuerit leproſus, vel feminifluus, de ſanctificationibus non comedet donec mundet ſe: & qui tetigerit quemuis immundum ſuper morticino, aut vir ex quo egreditur effuſio ſeminis:
5 Aut vir qui tetigerit quodcunque reptile per quod immundus erit, aut hominem propter quem immundus erit,ſecundum omnem immunditiam eius:
6 Anima *inquam* quæ tetigerit illum, immunda erit vſque ad veſperam: & non comedet de ſanctificationibus,niſi lauerit carnem ſuam aqua.
7 Quum autem occubuerit ſol, tum erit mundus, & poſtea comedet de ſanctificationibus, quia cibus eius eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0053

8 Cadauer & raptum non comedet, vt polluat ſeſe in eo : ego Iehouáh.
9 Et cuſtodiát cuſtodiam meam, & ne portent peccatum propter illud, & moriantur propter illud, quum polluerint illam : ego Iehouáh ſanctificans eos.
& 15 Et non contaminabunt ſanctificationes filiorum Iſraël quas obtulerunt Iehouæ:
16 Neque portare facient eos iniquitatem delicti, dum comederint ſanctificationes eorum: ego enim Iehouáh ſanctificans eos.

## DE LVCTV PONTIFICIS MAX.

*Leuit. cap.* XXI. *verſ.* X.

SAcerdos autem Maximus inter fratres ſuos, ſuper cuius caput fuſum fuerit oleum vnctionis, & côſecrauerit manum ſuam vt induat veſtes, caput ſuum non diſcooperiet, & veſtes ſuas non ſcindet:
11 Et ad omnes animas mortui non ingredietur: ne ſuper patre *quidem* ſuo, aut matre ſua côtaminabit ſe.
12 Et de ſanctuario non egredietur, neque polluet ſanctuarium Dei ſui, quia corona olei vnctionis Dei ſui eſt ſuper eum : ego Iehouáh.

## DE CONIVGIO EIVSDEM.

*Leuit. cap.* XXI. *verſ.* XIII.

IPſe quoque vxorem in virginitate ſua accipiet.
14 Viduam & repudiatam, & profanam, & meretricem, illas *inquam* non accipiet : ſed virginem è populis ſuis accipiet vxorem.
15 Neque contaminabit ſemen ſuum in populis ſuis : quia ego Iehouáh ſanctificans eum.

## DE LVCTV SACERDOTVM.

*Leuit. cap.* XXI. *verſ.* I.

ET dixit Iehouáh ad Moſéh, Alloquere ſacerdotes filios Aharón, & dicito eis, Super animam non contaminabit ſe *quiſquam veſtrûm* in populis ſuis.
2 Sed ſuper propinquo ſuo, propinquo ſibi, *nempe* ſuper matre ſua, & ſuper patre ſuo, & ſuper filio ſuo, & ſuper filia ſua, & ſuper fratre ſuo,
3 Et ſuper ſorore ſua virgine propinqua ſibi, quæ non fuerit viro: ſuper ea côtaminabit ſe.
4 Non contaminabit ſe *in* principe in populis ſuis, vt polluat ſeſe.
5 Non decaluabunt caluitium in capite ſuo, & extremitatem barbæ ſuæ non radêt: & in carne ſua non incident *vllam* inciſuram.
6 Sancti erunt Deo ſuo, neque pollucnt nomen Dei ſui, quia oblationes ignitas Iehouæ, & panem Dei ſui offerunt : proinde erunt ſancti.

## DE CONIVGIO EORVNDEM.

*Leuit. cap.* XXI. *verſ.* VII.

MVlierem meretricem aut profanam non accipient, neque mulierem repulſam à viro ſuo accipient : quia ſanctus eſt Deo ſuo.
8 Et ſanctificabis eum, quia panem Dei tui offert : ſanctus erit tibi, quia ſanctus ſum ego Iehouah ſanctificans vos.

## DE INTERDICTO VINI VSV.

*Leuit. cap.* X. *verſ.* VIII.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Aharón, dicendo,
9 Vinum & ſechár non bibes tu & filij tui tecum, quum intraturi eſtis tabernaculum eccleſiæ, & non moriemini : ſtatutum perpetuum eſt in generationes veſtras.

# DE CIBIS SANCTIFICATIS.

*Leuit. cap.* VI. *verſ.* XVI.

QVod autem ſuperfuerit ex ea comedent Aharón & filii eius, *in* azymis comedetur in loco ſancto, in atrio tabernaculi eccleſiæ comedent eam.

& 18 Omnis maſculus in filiis Aharón comedet eam: ſtatutum perpetuum eſt in generationibus veſtris de oblationibus ignitis Iehouæ: quicquid tetigerit ea, ſanctificabitur.

& 26 Sacerdos *offerens* illã oblationem pro peccato, comedet illã, in loco ſancto comedetur, in atrio tabernaculi eccleſiæ.

27 Quicquid tetigerit carnẽ eius, ſanctificabitur: & ſi defluxerit de ſanguine eius ſuper veſtem, illud ſuper quod defluxerit, lauabis in loco ſancto.

28 Et vas teſtaceum in quo coquetur, confringetur: quòd ſi in vaſe æneo cocta fuerit, defricabitur & lauabitur aqua.

29 Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet illã: ſanctificatio ſanctificationum eſt.

CAP. 7. v. 6 Omnis maſculus in ſacerdotibus comedet eam: in loco ſancto comedetur: ſanctificatio ſanctificationum eſt.

7 Sicut hoſtia pro peccato, ſic hoſtia pro delicto, lex eadem illis: ſacerdotis erit qui expiabit eum.

8 At ſacerdos offerens hoſtiã holocauſti alicuius, pellis holocauſti quod obtulerit, ſacerdotis ipſius erit.

9 Omnis præterea minha quę coquetur in clibano, & omne præparatum in ſartagine, & in craticula, erit ſacerdotis offerentis illud.

10 Omnis item minha miſta oleo & arida, omnibus filiis Aharón erit: erit vnicuique ſicut fratri ſuo.

& 15 Caro autem hoſtiæ gra-

*Num. cap.* V. *verſ.* IX.

POrrò omnis oblatio omnium ſanctitatum filiorum Iſraél quam offerent ſacerdoti, eius erit.

10 Et cuiuſque ſanctificata ipſius erũt, vir quum dederit ſacerdoti, illius erit.

CAP. 18. v. 8 Loquutus eſt præterea Iehouáh ad Aharón, Ego equidem dedi tibi cuſtodiam oblationum mearum: omnes *quoque* ſanctificationes filiorũ Iſraél tibi dedi propter vnctionẽ, & filiis tuis in ſtatutũ perpetuum.

9 Hoc erit tuum de ſanctificatione ſanctificationum de igne: omnis oblatio eorum, ſiue ſit minha eorum, ſiue oblatio pro peccato eorum, ſiue oblatio pro delicto eorum: quod reddent mihi, ſanctificatio ſanctificationum tibi erit & filiis tuis.

10 In ſanctitate ſanctitatum comedes eam, omnis maſculus comedet eam, ſanctificatio erit tibi.

11 Hoc quoque tuum erit *de* oblatione doni eorum: omnes oblationes filiorum Iſraél tibi dedi & filiis tuis & filiabus tuis tecũ in ſtatutum perpetuum: omnis mũdus in domo tua comedet eam.

12 Omnem pinguedinem olei, & omnem pinguedinẽ vini & frumenti, primitias eorum quas dabũt Iehouæ, tibi dedi.

13 Primitiæ omnium quæ in terra eorum, quas afferent Iehouæ, tuæ erunt: omnis mundus in domo tua comedet eas.

14 Quæcunque conſecratio in Iſraele, tua erit.

15 Quicquid aperit vuluam in omni carne quod offerẽt Iehouæ, tam de hominibus quàm de animalibus, tuum erit: ſed redimẽdo redimes primogenitum hominis:

*Deut. cap.* XII. *verſ.* XVII.

NOn poteris comedere intra portas tuas decimam frumenti tui, & vini tui, & olei tui, & primogenita boum tuorum, & pecudum tuarum, & omnia vota tua quæ voueris, & ſpontanea tua, & oblationes manus tuæ:

18 Sed coram Iehoua Deo tuo comedes illa, in loco quẽ elegerit Iehouáh Deus tuus, tu & filius tuus, & filia tua, & ſeruus tuus, & ancilla tua, & Leuita qui eſt intra portas tuas: & lætaberis coram Iehoua Deo tuo in omni re ad quã miſeris manum tuam.

CAP. 15. v. 19 Omne primogenitum quod naſcetur in armento tuo, aut in grege tuo, maſculũ ſanctificabis Iehouæ Deo tuo: non vteris opera primogeniti bouis tui, neque tondebis primogenita gregis tui.

20 Coram Iehoua Deo tuo comedes illa annuatim, in loco quem elegerit Iehouáh, tu & familia tua.

CAP. 18. v. 1 Non erit Sacerdotibus Leuitis, & toti tribui Leui portio & hæreditas cum *reliquo* Iſraele: oblationes ignitas Iehouæ & hæreditatem eius comedent.

2 Et hæreditas non erit illi in medio fratrum ſuorum: Iehouáh eſt hæreditas eius, quemadmodum dixit illi.

3 Iſtud autem erit ius ſacerdotũ à populo, è ſacrificãtibus ſacrificium, ſiue bouẽ, ſiue agnum: dabit ſacerdoti armum, & maxillas, & ventriculum.

4 Primitias frumenti tui, vini tui, & olei tui, & primitias velleris ouium tuarum dabis illi.

5 Ipſum enim elegit Iehouáh Deus tuus è cũctis tribubus tuis, vt ſtet ad miniſtrandum nomini Iehouæ,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0055

tiarum actionis pacificorũ
eius, in die oblationis eius
comedetur: non dimittet ex
eo vſque mane.
16 Quòd ſi votum, vel ſpontaneum
fuerit ſacrificium
oblationis eius: die quo ille
obtulerit ſacrificium ſuum,
comedetur, & ſequenti die
comedetur quod ſuperfuerit
ex eo.
17 Quod verò ſuperfuerit de
carne ſacrificii die tertia,
igni comburetur.
18 Si autem comedendo comedatur
*aliquid* de carne ſacrificii
pacificorũ eius die
tertia, non placebit offerẽs
illud, neque imputabitur illi:
abominatio erit, & anima
comedens ex eo iniquitatem
ſuam portabit.
19 Et caro quæ contigerit
vllum immundum, non comedetur,
*ſed* igni comburetur:
at carnes illas omnis
mundus comedet.
20 Nam anima quæ comederit
carnes de ſacrificio
pacificorũ quòd eſt Iehouę,
& immunditia eius *fuerit*
ſuper ipſum, tunc excidetur
anima illa è populis ſuis.
21 Anima item quum tetigerit
quicquam immundum,
nempe de immunditia hominis,
aut animal immundum:
aut omne reptile immũdum,
comederítque de
carnibus ſacrificii pacificorum
quod eſt Iehouæ: tunc
excidetur anima illa è populis
ſuis.

primogenitum quoq; animalis
immundi redimi facies.
16 Et redemptiones eius à filio
menſis redimi facies ſecundum
ęſtimationem tuã,
pecunia quinque ſeclorum
ſecundũ ſeclum ſanctuarii:
viginti obolorum eſt *ſecel.*
17 Veruntamen primogenitũ
bouis, aut primogenitum
ouis, aut primogenitũ
capræ nõ redimes ſunt *enim*
ſanctificata: ſanguinẽ eorum
ſparges iuxta altare, &
adipem eorum adolebis:
oblatio ignita eſt in odorẽ
quietis Iehouæ.
18 Et caro eorum erit tua: vt
pectus eleuationis, & vt armus
dexter.
19 Omnes oblationes ſanctificationũ,
quas obtulerint
filii Iſraél Iehouæ, dedi tibi
& filiis tuis & filiabus tuis
tecum in ſtatutum perpetuum:
pactum ſalis perpetuum
eſt coram Iehoua tibi
& ſemini tuo tecum.
20 Dixit autem Iehouáh ad
Aharón, De terra eorũ hæreditatem
non habebis, nec
portio erit tibi in medio
eorum: ego portio tua, &
hæreditas tua in medio filiorum
Iſraél.
21 Filiis autem Leui ecce dedi
omnes decimas in Iſraele
in hæreditatem, pro miniſterio
eorum quod ipſi
peragunt in miniſterio tabernaculi
eccleſiæ:

ipſe & filii eius omnibus
diebus.
6 Quum autem venerit Leuita
ex aliqua portarum
tuarum ex omni Iſraele, vbi
ipſe peregrinabitur, & venerit
toto deſiderio animæ
ſuæ ad locum quem elegerit
Iehouáh:
7 Miniſtrabit nomini Iehouæ
Dei ſui, ſicut omnes fratres
eius Leuitæ qui ſtant
illic coram Iehoua.
8 Partem ſimilẽ parti *aliorũ*
comedent, præter venditiones
eius ad patres.

& 32 Armum autem dextrum dabitis ad eleuationẽ ſacerdoti de ſacrificiis pacificorum veſtrorum.
33 Qui offeret ſanguinem pacificorum, & adipem è filiis Aharonis, ipſius erit armus dexter in portionem:
34 Quia pectuſculum agitationis, & armum eleuationis tuli à filiis Iſraél de ſacrificiis pacificorum ſuorum, & dedi illa Aharoni ſacerdoti, & filiis eius in ſtatutum perpetuum à filiis Iſraél.
35 Hæc eſt vnctio Aharón, & vnctio filiorum eius ex oblationibus ignitis Iehouæ, à die qua accedere fecit eos ad ſacerdotio fungendum Iehouæ,
36 Quas præcepit Iehouáh vt darent eis à die qua vnxit eos à filiis Iſraél ſtatuto perpetuo in generationibus ſuis.
Cap. 19. v. 5 Et quando ſacrificaueritis ſacrificium pacificorum Iehouæ, ſecundum beneplacitum veſtrum ſacrificabitis illud.
6 Die quo ſacrificaueritis, comedetur, & poſtridie: quod autem ſuperfuerit vſque ad diem tertium, igni comburetur.
7 Quòd ſi comedendo comedatur die tertio, profanum erit, neque placebit.
8 Et qui comederit illud, pœnam iniquitatis ſuæ portabit: quia ſanctitatem Iehouæ polluit,

& excidetur anima ipſa è populis ſuis.

CAP.22.v.10 Omnis autem alienigena non comedet ſanctificationem: inquilinus ſacerdotis, & mercenarius non comedet ſanctificationem.

11 Quòd ſi ſacerdos emerit hominem emptione argenti ſui, ipſe comedet ex ea, & vernaculus eius: illi comedent de cibo eius.

12 Filia autem ſacerdotis quum fuerit viro alieno, ipſa de oblatione ſanctificationum non comedet.

13 Filia verò ſacerdotis quum fuerit vidua, aut repudiata, & ſemen non fuerit ei, & reuerſa fuerit ad domũ patris ſui, ſicut *in* pueritia ſua, de cibo patris ſui comedet: omnis autem alienigena non comedet ex eo.

14 Quòd ſi aliquis comederit ſanctificationem per imprudentiam, addet quintam partem eius ſuper ea, & dabit ſacerdoti cum ſanctificatione.

15 Et non contaminabunt ſanctificationes filiorum Iſraél quas obtulerint Iehouæ:

16 Neque portare facient eos iniquitatem delicti, dum comederint ſanctificationes eorum: ego enim Iehouáh ſanctificans eos.

& 29 Quũ verò ſacrificaueritis ſacrificium gratiarum actionis Iehouæ, ſponte veſtra ſacrificabitis.

30 Die ipſa comedetur, non relinquetis ex eo vſque mane: ego Iehouáh.

## DE MUNERE LEUITARUM.

### *In docendo.*

*Deut. cap.* XVII. *verſ.* VIII.

SI latuerit te aliquid in iudicio, inter ſanguinem & ſanguinem, inter cauſam & cauſam, inter plagam & plagam, *in* rebus rixarum intra portas tuas, tũc ſurges, & aſcendes ad locum quem elegerit Iehouáh Deus tuus.

9 Et venies ad Sacerdotes Leuitas, & ad Iudicem qui fuerit in diebus illis, & quæres, & indicabunt tibi verbum iudicii.

10 Et facies iuxta verbum quod indicauerint tibi è loco illo quem elegerit Iehouáh, & obſeruabis facere iuxta omnia quæ docuerint te:

11 Iuxta legem quam docuerint te, & iuxta iudicium quod dixerint tibi, facies: non declinabis à verbo quod indicauerint tibi, ad dexteram aut ad ſiniſtram.

CAP.27.v.11 Præcepítque Moſéh populo eo die, dicendo,

12 Hi ſtabunt ad benedicendum populo ſuper montem Gerizím, quando trãſieritis Iardén, Simón, & Leui, & Iehudáh, & Iſſachár, & Ioſéph, & Beniamín.

13 Iſti verò ſtabunt ad maledictionem in monte Ebál, Reubén, Gád, & Aſér, & Zebulón, Dán, & Naphthalí.

14 Loquentur autem Leuitæ, ac dicent ad omnem virum Iſraél voce excelſa,

15 Maledictus vir ille qui fecerit ſculptile, & conflatile, abominationem Iehouæ, opus manuum artificis, & poſuerit in abſcondito: & reſpondebunt vniuerſus populus, ac dicent, Amen.

16 Maledictus qui vilipendit patrem ſuum aut matrem ſuum: & dicet vniuerſus populus, Amen.

17 Maledictus qui transfert terminum proximi ſui: & dicet vniuerſus populus, Amen.

18 Maledictus qui aberrare facit cæcum in via: & dicet vniuerſus populus, Amen.

19 Maledictus qui peruertit iudicium peregrini, pupilli, & viduæ: & dicet vniuerſus populus, Amen.

20 Maledictus qui coierit cum vxore patris ſui: quia diſcooperuit oram patris ſui: & dicet vniuerſus populus, Amen.

21 Maledictus qui coierit cum quouis animali: & dicet vniuerſus populus, Amen.

22 Maledictus qui coierit cum ſorore ſua, filia patris ſui vel filia matris ſuæ: & dicet vniuerſus populus, Amen.

23 Maledictus qui coierit cum ſocru ſua: & dicet vniuerſus populus, Amen.

24 Maledictus qui percuſſerit proximum ſuum abſcondite: & dicet vniuerſus populus, Amen.

25 Maledictus qui acceperit munus vt percutiat *plaga* animæ, ſanguinem innocentem: & dicet vniuerſus populus, Amen.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0057

26 Maledictus qui non ſtatuerit verba Legis iſtius faciendo illa: & dicet vniuerſus populus, Amen.

Cap.31.v.9 Scripſitque Moſéh legem iſtam, & dedit eā Sacerdotibus filiis Leui portantibus arcam fœderis Iehouæ, & omnibus Senioribus Iſraél.

10 Et præcepit illis Moſéh, dicēdo, Septimo quoque anno, tempore anni remiſsionis, in ſolennitate tabernaculorum,

11 Quum venerit vniuerſus Iſraél vt appareat coram Iehoua Deo tuo, in loco quē elegerit, leges Legem iſtam coram vniuerſo Iſraele, in auribus eorum.

12 Congrega populū, viros & mulieres, & paruulos, & peregrinos tuos qui ſunt intra portas tuas, vt audiant, & diſcant, timeántque Iehouam Deum veſtrum, & cuſtodiant faciēdo omnia verba Legis huius.

13 Et filii eorum qui non nouerunt, audiant, & diſcant timere Iehouam Deum veſtrum, omnibus diebus quibus victuri eſtis *ſuper* terram, ad quam trāſmiſſo Iardén pergitis, vt poſſideatis eam.

## *In offerendo.*

*Num. cap.* III. *verſ.* V.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
6 Appropinquare fac tribum Leui, & ſtare facias eam coram Aharone ſacerdote, vt miniſtrent ei.

7 Et cuſtodiant cuſtodiam eius, & cuſtodiam vniuerſi cœtus coram tabernaculo eccleſiæ, vt exequantur cultum tabernaculi.

8 Cuſtodiant quoq; omnia vtenſilia tabernaculi eccleſiæ, cuſtodiámque filiorum Iſraél, vt exequantur cultum tabernaculi.

9 Da inquam Leuitas ipſi Aharón & filiis eius: dati, dati *namque ſunt* illi à filiis Iſraél.

*&* 17 Et fuerunt iſti filii Leui per nomina ſua, Gerſón, & Cehàth, & Merarí.

*Deut. cap.* X. *verſ.* IIX.

IN tempore illo ſeparauit Iehouáh tribū Leui, vt portaret arcam pacti Iehouæ, *&* vt ſtaret coram Iehoua ad miniſtrādum ei, & ad benedicendum in nomine ipſius, vſque ad diem hāc.

*&* 25 Cuſtodia autem filiorum Gerſón in tabernaculo eccleſiæ, *erit* tabernaculū, & tentorium, operimentum eius, & aulæum oſtii tabernaculi eccleſiæ.

26 Cortinæ item atrii, & aulæum oſtii atrii quod erat iuxta tabernaculū, & iuxta altare per circuitum, funes quoque eius pro omni miniſterio eius.

*&* 31 Cuſtodia autem eorum *erit* arca, & menſa, & cādelabrum, & altaria, & vaſa ſanctitatis in quibus miniſtrabunt, & aulæum, & vniuerſum opus eius.

Cap.4.v.4 Iſtud *erit* opus filiorum Cehàth in tabernaculo eccleſiæ ſancti ſanctorum.

5 Veniet autem Aharón & filii eius quando transferenda erunt caſtra, & deponent velum tentorii, & operient illo arcam teſtimonii.

6 Ponéntque ſuper illam operimentum pellis taxeæ, & expandent pannum totum hyacinthinum deſuper, & imponent vectes eius.

7 Et ſuper menſam *panum* facierum expandent pannum hyacinthinū, ponéntque ſuper eam ſcutellas, & cochlearia, & crateras, & opercula operimenti: & panis ille iugis ſuper eam erit.

8 Et expandent ſuper illa pannum vermiculi coccini, operiéntque illa opertorio pellis taxeæ, poſtea imponent vectes eius.

9 Tollent præterea pannum hyacinthinum, & operient candelabrum luminaris, & lucernas eius, & forcipes eius, & receptacula eius, & omnia vaſa olei eius quibus miniſtrabunt ei.

10 Ponéntque illud cum omnibus vaſis eius in opertorio pellis taxeæ, & ponent ſuper vectes.

11 Super altare autem aureum expandent pannum hyacinthinum, & operient illum operimento pellis taxeæ, ponéntque vectes eius.

12 Tollent quoque omnia vaſa miniſterii quibus miniſtrabunt in ſanctuario, & ponent in panno hyacinthino, operiéntque illa operimento pellis taxeæ, & ponent ſuper vectes.

13 Auferent & cinerem ab altari, & expandent ſuper illud pannum purpureum.

14 Ponéntque ſuper illud omnia vaſa eius quibus miniſtrant, receptacula, fuſcinulas, & ſcopas, & crateras, cuncta vaſa altaris: & expandent ſuper illud operimentum pellis taxeæ, & imponent vectes eius.

15 Quum autem finem fecerit Aharón & filii eius operiēdi ſanctuarium, & omnia vaſa ſanctuarii, quando transferenda erunt caſtra, tum poſtea venient filii Cehàth vt portent: ne



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0058

contingant ſanctuarium, & moriantur, iſta ſunt onera filiorum Cehάth in tabernaculo eccleſiæ.

16 Præfectura autem Elazár filij Aharón ſacerdotis *eſt* oleum luminaris, & ſuffimentum aromaticum, & minha iugis, oleúmque vnctionis: *atque* præfectura totius tabernaculi, & omnium quæ ſunt in eo, in ſanctuario & vaſis eius.

17 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh & Aharón, dicendo,

18 Ne excidatis tribum familiarum Cehathitarum è medio Leuitarum:

19 Sed hoc facite illis, tum viuent, & non morientur: quando acceſſerint ad ſanctitatem ſanctitatum, Aharón & filij eius venient, & conſtituent illos, quenque ſuper opus ſuum & ſuper onus ſuum:

20 Ne ingrediantur vt videant quando operient ſanctitatem, & moriantur.

& 24 Iſtud *erit* opus familiarum Gerſonitarum ad miniſtrandum, & ad portandum.

25 Portabunt cortinas tabernaculi, & tabernaculum eccleſiæ, operimentum eius, & operimentum pellis taxeæ quod ſuper illud eſt ſupernè, & aulæum oſtij tabernaculi eccleſiæ.

26 Cortinas item atrij, & aulæum oſtij portæ atrij, quod eſt iuxta tabernaculum, & iuxta altare per circuitum, & funes eorum, & omnia vaſa operis eorum, & quæcunque facta ſunt pro illis: & *ita* miniſtrabunt.

27 Iuxta ſermonem Aharón & filiorum eius erit vniuerſum miniſterium filiorum Gerſonitarum, iuxta omnia onera eorum, & iuxta omnem cultum eorum: & deponetis apud eos in cuſtodiam vniuerſa onera ipſorum.

28 Iſtud eſt miniſterium familiarum filiorum Gerſonitarum in tabernaculo eccleſiæ, & cuſtodia eorum *erit* per manum Ithamár filij Aharón ſacerdotis.

& 31 Hæc autem *erit* cuſtodia oneris eorum pro miniſterio eorum in Tabernaculo eccleſiæ, Tabulæ tabernaculi, & vectes eius, & columnæ eius, & baſes eius.

32 Columnæ item atrij per circuitum, & baſes earum, & claui earum, & funes earum, cum omnibus inſtrumentis earum, & omne miniſterium earum: & per nomina numerabitis vaſa cuſtodiæ oneris eorum.

33 Hoc *erit* miniſterium familiarum filiorum Merarí, iuxta omne miniſterium eorum in tabernaculo eccleſiæ, per manum Ithamár filij Aharón ſacerdotis.

Cap.18.v.2 Et etiam fratres tuos, tribum Leuí, tribum patris tui, accedere fac ad te, & adhæreant tibi: miniſtréntq; tibi: tu autē & filij tui tecum *ſtabitis* corā tabernaculo teſtimonij.

3 Et cuſtodient cuſtodiam tuam, & cuſtodiam totius tabernaculi. veruntamen ad vaſa Sanctitatis & ad altare non accedent, ne moriantur tam ipſi quàm vos.

4 Et adhærebunt tibi, & cuſtodient cuſtodiam tabernaculi eccleſiæ in omni cultu tabernaculi: & externus non accedet ad vos.

5 Cuſtodietis igitur cuſtodiam ſanctitatis, & cuſtodiam altaris, ne ſit poſthac ira aduerſus filios Iſraél.

6 Siquidem ego tuli fratres veſtros Leuitas è medio filiorum Iſraél, vobis donum, datos Iehouæ, vt miniſtrent in miniſterio tabernaculi eccleſiæ.

& 22 Et non accedent poſthac filij Iſraél ad tabernaculum eccleſiæ, vt portent iniquitatem ad moriendum.

23 Sed ipſi Leuitæ facient opus tabernaculi eccleſiæ, & ipſi portabunt iniquitatē ſuā ſtatuto perpetuo per generationes veſtras: & in medio filiorum Iſrael non poſſidebūt hæreditatē.

## LEGES ALIÆ CEREMONIALES promiſcuæ.

### *DE IMMUNDITIIS IN GENERE.*

*Leuit. cap.* XV. *verſ.* XXXI.

SEparabitíſque filios Iſraél ab immunditiis ſuis, ne moriantur propter immunditias ſuas dum polluerint tabernaculum meum quod eſt in medio eorum.

& *Num.* CAP.5.v.2 Præcipe filiis Iſraél vt eiiciāt è caſtris omnem leproſum, & omnē ſeminifluum, omnémque pollutum ſuper cadauere.

3 Tam maſculos quàm fœminas eiicietis, extra caſtra eiicietis eos, ne polluant caſtra eorum, in medio quorum ego habito.

& *Leuit.*CAP.19.v.20 Vir autem quum coierit cum muliere coitu ſeminis, & fuerit ancilla deſpōſata viro, & redimendo non fuerit redempta, vel manumiſſio non fuerit data ei, vapulabunt: non morientur, quia non eſt libertate donata.

21 Adducet autem oblationem pro delicto ſuo Iehouæ ad oſtium tabernaculi eccleſiæ,arie-
tem *immolandum* pro delicto.
22 Et expiabit illum ſacerdos per arietem pro delicto coram Iehoua,propter peccatum ſuũ
quod peccauit,& remittet ei peccatum ſuum quod peccauit.

## *IN CIBIS.*

### *I. Sanguis.*

*Exod.c.*XXIII.*v.*XVIII.

NOn immolabis
cum fermento
ſanguinẽ victimæ
meæ, neq; perno-
ctabit adeps agni
mei vſque manè.

*Leuit. cap.*VII. *verſ.*XXVI.

NVllum etiam ſanguinem co-
medetis in cunctis habitatio-
nibus veſtris,tã de auibus quàm
de iumentis.
27 Omnis anima quæ comederit
vllum ſanguinẽ, excidetur ani-
ma illa è populis ſuis.
CAP.17.V.10 Et quicũque è domo
Iſraél, & è peregrinis qui pere-
grinantur in medio eorum, co-
mederit vllum ſanguinem,ponã
faciem meam in animã come-
dentem ſanguinem, & excidam
eam è medio populi ſui:
11 Quia anima carnis in ſanguine
eſt:ego autem dedi illum vobis
ſuper altare ad expiandum ani-
mas veſtras: quia ſanguis ipſe a-
nimam expiabit.
12 Idcirco dixi filiis Iſraél,Nulla
anima ex vobis comedet ſan-
guinem,& peregrinus qui pere-
grinatur in medio veſtri,nõ co-
medet ſanguinem.
13 Et quicunque è filiis Iſraél, &
è peregrinis qui peregrinantur
in medio eorum, venatus fuerit
venationem beſtiæ,vel auis quæ
comeditur, tũc effundet ſangui-
nẽ eius, & operiet illũ puluere.
14 Quia anima cuiuſcunque car-
nis *eſt* ſanguis eius, *qui eſt* in ani-
ma ipſa: dixíque filiis Iſraél,Sã-
guinem cuiuſcũque carnis non
comedetis: quia anima cuiuſcũ-
que carnis *eſt* ſanguis eius: qui-
cunq; comederit illũ,excidetur.
CAP.19.V.26 Non comedetis *car-
nes* cum ſanguine.

*Deut. cap.*XII.*verſ.* XV.

TAntummodo in omni deſide-
rio animæ tuæ mactabis, &
comedes carnes iuxta benedi-
ctionem Iehouæ Dei tui,quam
dederit tibi intra omnes portas
tuas: immundus & mundus co-
medet eas,ſicut capreã & ceruũ.
16 Veruntamen ſanguinem non
comedetis, ſuper terram effun-
detis illum inſtar aquæ.
& 20 Quum dilatauerit Iehouáh
Deus tuus terminũ tuum, quẽ-
admodum loquutus eſt tibi, &
dixeris, Comedam carnẽ: quòd
cõcupiſcat anima tua veſci car-
nibus, iuxta omne deſiderium
animæ tuæ comedes carnes.
21 Quum longinquus fuerit à te
locus quem elegerit Iehouáh
Deus tuus, vt ponat nomen ſuũ
ibi, mactabis de bobus tuis, &
de pecudibus tuis, quas dederit
Iehouáh tibi, quemadmodum
præcepi tibi, & veſcêris in por-
tis tuis ſecundum omne deſide-
rium animæ tuæ.
22 Certè quemadmodum come-
ditur caprea & ceruus, ſic co-
medes illas: immundus & mun-
dus pariter veſcentur illis.
23 Tantũ roborare & non come-
das ſanguinem:quia ſanguis eſt
anima, & non comedes animã
vnà cum carnibus ſuis.
24 Nõ comedes illum,*ſed* in ter-
ram effundes illum inſtar aquæ.
25 Non veſcêris illo, vt bene ſit
tibi & filiis tuis poſt te, quũ fe-
ceris quod rectum eſt in oculis
Iehouæ.

### *II. Adeps.*

*Leuit. cap.*III. *verſ.* XVI.

ADolebítque ea ſacerdos ſuper altare: cibus oblationis ignitæ eſt odoris quietis, omnis
adeps Iehouæ eſt.
17 Statutum perpetuum in generationibus veſtris,in cunctis habitaculis veſtris, omnem a-
dipem & omnem ſanguinem non comedetis.
CAP.7.V.22 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh,dicendo,
23 Alloquere filios Iſraél,dicendo,Omnem adipem bouis & agni & capræ non comedetis.

24 Adeps

24 Adeps quidem cadaueris, & adeps rapti parabitur in omne opus, ſed comedendo non comedetis illum.
25 Nam quicunque comederit adipem animalis ex quo offeret oblationem ignitam Iehouę, tunc anima quæ comederit, excidetur è populis ſuis.

## III. Morticina.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XXXI.

ET homines ſancti eritis mihi, & carnem in agro raptam non comedetis, cani proiicietis illam.

*Leuit. cap.* XVII. *verſ.* XV.

OMnis autem anima quæ comederit cadauer, aut raptum tam de indigenis quàm de peregrinis, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit *ſe* aqua: immundúſq; erit vſque ad veſperam, poſtea mũdus erit.
16 Quòd ſi nõ lauerit, & carnem ſuam non lauerit, tunc portabit iniquitatẽ ſuam.

*Deut. cap.* XIV. *verſ.* XXI.

NOn comedetis vllum cadauer: peregrino qui eſt intra portas tuas dabis illud, & comedet illud, aut vende alienigenæ populus enim ſactus es Iehouæ Deo tuo. Non coques hœdum in lacte matris ſuæ.

## Alii cibi & varii animantes.

*Leuit. cap.* XI. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh & Aharón, dicendo ad eos,
2 Loquimini ad filios Iſraél, dicendo, Hæc ſunt animalia quæ comedetis ex omnibus animalibus quę ſunt ſuper terram.
3 Omne diuidens vngulam, & findens fiſſuram vngularum, & ruminans inter animalia, illud comedetis.
4 Veruntamen hoc non comedetis ex his quæ ruminant, & ex his quæ diuidunt vngulam: camelum, quia ruminat, & vngulam ipſe non diuidit, immundus erit vobis.
5 Et cuniculum: quia ruminat, & vngulam non diuidit, immundus erit vobis.
6 Et leporem: quia ruminat, & vngulam nõ diuidit, immundus erit vobis.
7 Suem quoque: quia diuidit vngulam, & findit fiſſuram vngulæ, ipſe verò non ruminat, immundus erit vobis.
8 De carne eorum non comedetis, neq; cadauer eorum tangetis, immunda erunt vobis.
9 Hoc *autẽ* comedetis ex omnibus quæ ſunt in aquis: Omnia quibus ſunt pinnæ & ſquamæ in aquis maris, & in fluminibus, illa comedetis.
10 Omnia verò quibus non ſunt pinnæ & ſquamæ in mari & in fluminibus, tam de omni reptili aquatili, quàm de omni anima viuente quæ eſt in aquis, abominatio erunt vobis:
11 Abominatio inquam erunt vobis: de carne eorum non comedetis, & cadauer eorum abominabimini.

*Deut. cap.* XIV. *verſ.* III.

NOn comedes vllam abominationem.
4 Hæc ſunt animalia quæ comedetis: bouẽ, agnũ ouium, & hœdũ caprarum.
5 Ceruum, & capream, & bubalum, & hircũ ſylueſtrem, & damam & bouem ſylueſtrẽ, & capram rupicolam,
6 Omne animal findens vngulam, & findens fiſſuram duarum vngularum, ruminans inter animalia, illud comedetis.
7 Veruntamen hoc non comedetis ex ruminantibus, & ex findentibus vngulam diuiſam, camelum, & leporem, & cuniculum: quia ruminant & vngulam non diuidunt, immunda ſunt vobis:
8 Et porcum, quia findit vngulam & non ruminat, immundus eſt vobis: de carne eorum non comedetis, & cadauera eorum nõ contingetis.
9 Hoc comedetis ex omnibus quæ ſunt in aqua: quicquid habet pinnulam & ſquamã comedetis:
10 Quicquid verò non habet pinnulam & ſquamam, non comedetis: immundum eſt vobis.
11 Omnem auem mundam comedetis.
12 Hæ autem ſunt ex quibus non comedetis, aquila, & gryphus, & haliæetus,
13 Et ixus, & vultur, & miluus ſecundũ ſpeciem ſuam:
14 Et omnis coruus ſecundum ſpeciẽ ſuam:
15 Et filia ſtruthionis, & noctua, & larus, & accipiter ſecundum ſpeciem ſuam:
16 Et herodius, & ibis, & cygnus,
17 Et pelicanus, & porphirio, & mergulus,



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0061

12 Quicquid nō habet pinnas & ſquamas in aquis,abominatio erit vobis.
13 Hæc autē abominabimini ex volatilibus (non comedentur, *quia* abominatio ſunt) aquilam,& gryphum,& haliæetum.
14 Et vulturē,& miluū ſecundum ſpeciē ſuā.

18 Et ciconia, & charadrius ſecundum ſpeciem ſuam,& vpupa,& verpertilio.
19 Et omne reptile alatum immundū eſt vobis:non comedetur:
20 Omnem autem mundam comedetis.

15 Et omnem coruum ſecundum ſpeciem ſuam,
16 Et filiam ſtruthionis,& noctuam,& larum,& accipitrem ſecundum ſpeciem ſuam.
17 Et nycticoracem,& mergulum,& ibin.
18 Et porphyrionem,& pelicanum,& cygnum.
19 Et ciconiam,charadrium ſecundum ſpeciem ſuam,& vpupam,& verpertilionem.
20 Omne reptile alatum ambulans ſuper quatuor *pedes*,abominatio erit vobis.
21 Veruntamen hoc comedetis ex omni reptili alato quod graditur ſuper quatuor *pedes*,cui ſunt crura ſuper pedes ſuos quibus ſaliant ſuper terram.
22 Hæc ex illis comedetis,locuſtam iuxta ſpeciem ſuam, & attacum iuxta ſpeciem ſuam,& ophiomachum ſecundum ſpeciem ſuam,& bruchum ſecundum ſpeciem ſuam.
23 Omne autem *reliquum* reptile alatum,cui ſunt quatuor *pedes*,abominatio erit vobis.
24 Et his polluetis vos:quicūque tetigerit cadauer eorū,immundus erit vſque ad veſperam.
25 Et quicunque portauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua,& immundus erit vſque ad veſperam.
26 Omne animal quod diuidit vngulam,at fiſſuram non findit,& non ruminat,immunda erunt vobis:quicunque tetigerit ea,immundus erit.
27 Et quicquid graditur ſuper volas ſuas inter omnes feras quæ gradiuntur ſuper quatuor *pedes*,immunda erunt vobis: quicunque tetigerit cadauera eorum,immundus erit vſque ad veſperam.
28 Et qui portauerit cadauera eorum, lauabit veſtimenta ſua, immundúſque erit vſque ad veſperam:immunda erunt vobis.
29 Et hæc vobis immunda *erunt* inter reptilia quæ reptant ſuper terram, muſtela,& mus,& rubeta ſecundam ſpeciem ſuam:
30 Et mygale,& chamæleon,& ſtellio,& lacerta,& talpa:
31 Iſta immunda ſunt vobis inter omnia reptilia:quicunque tetigerit illa poſtquam mortua fuerint,immundus erit vſque ad veſperam.
32 Et omne ſuper quod ceciderit ex eis aliquid poſtquam mortua fuerint,immundum erit, tam vas ligneum quam veſtis, aut pellis, aut ſaccus: omne vas *in* quo fieri ſolet opus, in aquam mittetur,& immundum erit vſque ad veſperam,& mundabitur.
33 Omne præterea vas teſtaceū *intra* quod ceciderit aliquid ex eis,quicquid erit in illo, immundum erit,& ipſum confringetis.
34 Omnis cibus qui comeditur, ſuper quem venerit aqua, immundus erit: & omnis potus qui potatur in omni vaſe *impuro*,immundus erit.
35 Et omne ſuper quod ceciderit *quicquam* de cadauere eorum,immundum erit: clibanus,& chytropodes diruentur:immunda ſunt,& immunda erunt vobis.
36 Veruntamen fons & ciſterna congregationis aquarum erit munda: at quod tetigerit cadauer eorum,immundum erit.
37 Præterea ſi ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper aliquod ſemen ſatum, quod ſeminabitur,mundum erit.
38 At quum fuſa fuerit aqua ſuper ſemen, & ceciderit *quicquam* de cadauere eorum ſuper illud,immundum erit vobis.
39 Quum autem mortuum fuerit aliquod animal quod ſit vobis in cibum,qui tetigerit cadauer eius,immundus erit vſque ad veſperam.
40 Et qui comederit de cadauere eius, lauabit veſtimenta ſua, immundúſque erit vſque ad veſperam: is quoque qui extulerit cadauer eius,lauabit veſtimēta ſua, atque immundus erit vſque ad veſperam.
41 Et omne reptile reptans ſuper terram,abominatio eſt,non comedetur.
42 Quicquid *viē* graditur ſuper pectus,& quicquid incedit ſuper quatuor aut plures pedes inter omnia reptilia quæ reptant ſuper terram,non comedetis: quia abominatio ſunt.
43 Ne impuras reddatis animas veſtras in omni reptili quod reptat,nec polluatis vos in eis, neque coinquinetis vos per ea.
44 Quia ego Iehouáh Deus veſter:ſanctificate ergo vos,& eſtote ſancti,quia ſanctus ſum: & ne polluatis animas veſtras per aliqua reptilia quæ reptant ſuper terram.
45 Ego enim ſum Iehouáh qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum,&

eſſetis

eſſetis ſancti, quia ſanctus ſum.
46 Hæc eſt lex animalium *terreſtrium* & volatilium, atque omnium animalium viuentiũ quæ reptant,& omnium animantium reptantium ſuper terram.
47 Ad diſtinguendum inter immundum & mundum,& inter beſtias quæ comedi poſſunt,& beſtias quæ comedi non poſſunt.

Cap. 20. v.25 Vos igitur diſcrimen facite inter animal mundum & immundum, & inter auem immundam & mundam: & ne abominabiles reddatis animas veſtras in animalibus & volatilibus,atque in omni quod reptat in terra : quæ ſeparaui vobis ad immunditiam.

## *In fluxu ſeminis & menſtruo.*

*Leuit. cap.* XV. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,
2 Loquimini ad Filios Iſraél, & dicite eis, Vnuſquiſque quum ſemen eius defluet de carne ſua, immundus eſt.

*Deuter. cap.* XXIII. *verſ.* X.

QVum fuerit in te aliquis qui non fuerit mũdus,caſu nocturno, egredietur extra caſtra,neque ingredietur ea.

3 Hæc verò erit immunditia eius in ſemine ipſius,*ſi* emittat caro eius ſemen ſuum, vel clauſerit carnem ſuam ſemine ſuo, immunditia eius eſt.
4 Omne ſtratum in quo iacuerit qui patitur fluxum ſeminis, immundum erit : & omne id ſuper quo ſederit,immundum erit.
5 Quicunque item tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua:erítque immundus vſque ad veſperam.
6 Et qui ſederit ſuper aliquid ſuper quo ſederit ſeminifluus,lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua:erítque immundus vſque ad veſperam.
7 Qui verò tetigerit carnem ſeminiflui, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua:erítque immundus vſque ad veſperam.
8 Et ſi deſpuerit ſeminifluus ſuper mundum, lauabit veſtimenta ſua,poſteaquam lauerit ſeſe aqua : erítque immundus vſque ad veſperam.
9 Et omne ſagma ſuper quo equitauerit ſeminifluus, immundum erit.
10 Atque omnis qui tetigerit omne quicquid fuerit ſubter eum,immundus erit vſque ad veſperam: & qui portauerit ea lauabit veſtimenta ſua,poſteaquam lauerit ſeſe aqua, erítque immundus vſque ad veſperam.
11 Omnis autem quem tetigerit ſeminifluus,& manus ſuas non abluerat aqua, lauabit veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua:erítque immundus vſque ad veſperam.
12 Et vas fictile quod tetigerit ſeminifluus, confringetur : omne autem vas ligneum lauabitur aqua.
13 Quum autem mundatus fuerit ſeminifluus à fluxu ſuo, numerabit ſibi ſeptem dies ab emundatione ſua : lauabítque veſtimenta ſua, poſteaquam lauerit quoque carnem ſuam aqua viua,& mundus erit.
14 Die verò octaua capiet ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos,veniétque coram Iehoua ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & tradet eos ſacerdoti:
15 Quos ſacrificabit ſacerdos, vnum pro peccato,& alterum in holocauſtum: & emundabit illum ſacerdos coram Iehoua à fluxu ipſius.
16 Quum autem ex aliquo egreſſa fuerit effuſio ſeminis, lauabit aqua totam carnem ſuam, immundúſque erit vſque ad veſperam.
17 Et omnis veſtis, omníſque pellis ſuper quam fuerit *aliquid* de effuſione ſeminis, lauabitur aqua,& immunda erit vſque ad veſperam.
18 Mulier quoque cum qua dormierit vir *patiens* effuſionem ſeminis,lauabũt ſe aqua, & immundi erunt vſque ad veſperam.
19 Mulier autem quum fuerit fluens ſanguine, *&* erit fluxus eius per carnem eius, ſeptem diebus erit in ſeparatione ſua : & omnis qui tetigerit eam, immundus erit vſque ad veſperam.
20 Et omne ſuper quo iacuerit in ſeparatione ſua, immundum erit : omne quoq; ſuper quo ſederit,immundum erit.
21 Omnis præterea qui tetigerit lectum eius, lauabit veſtimenta ſua, & lauabit ſeſe aqua: immundúſque erit vſque ad veſperam.
22 Omnis etiam qui tetigerit quancunque ſedem ſuper quam ſederit, lauabit veſtimenta

ſua, poſteaquam lauerit ſeſe aqua: immundúſque erit vſque ad veſperam.
23 Quòd ſi *inſtrumentum aliquod* fuerit ſuper ſtratum ipſum, vel ſuper ſellam ſuper quam ſederit: quum tetigerit illud *aliquis*, immundus erit vſque ad veſperam.
24 Quòd ſi dormiendo dormierit quis cum ea, & fuerit immunditia eius ſuper eum, immũdus erit ſeptem diebus: & omne ſtratum ſuper quod dormierit, immundum erit.
25 Mulier autem, quum fluet fluxus ſanguinis eius diebus multis præter tempus menſtrui ſui, vel quum patietur fluxum ſanguinis vltra menſes ſuos, cunctis diebus fluxus immũditiæ ſuæ erit ſicut diebus menſtrui ſui: immunda eſt.
26 Omne ſtratum in quo dormierit cunctis diebus fluxus ſui, ſicut ſtratum menſtrui ſui erit ei: & omnis ſedes ſuper qua ſederit, immunda erit ſecundum immunditiam menſtrui ſui.
27 Quicunque tetigerit ea, immundus erit: lauabítque veſtimenta ſua, & lauabit ſe aqua, immundúſque erit vſque ad veſperam.
28 Quòd ſi mundata fuerit à fluxu ſuo, tunc numerabit ſibi ſeptem dies, & poſtea mundabitur.
29 Die autem octauo tollet ſibi duos turtures, aut duos pullos columbinos, afferétque illos ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.
30 Et faciet ſacerdos vnum in hoſtiam pro peccato, & alterum in holocauſtum: emundabítque illam ſacerdos coram Iehoua à fluxu immunditiæ ſuæ.
31 Separabitíſque filios Iſraël ab immunditiis ſuis, ne moriantur propter immunditias ſuas, dum polluerint tabernaculum meum quod eſt in medio eorum.
32 Iſta eſt lex patientis fluxum ſeminis, & eius ex quo egreditur effuſio ſeminis, vt ſit immundus propter illam:
33 Et ægrotantis in fluxu ſuo, & eius qui profundit fluxum ſuum, ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina, & viri qui dormierit cum immunda.
Cap. 12. v. 1 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Loquere ad filios Iſraël, dicendo, Mulier ſi miſſo ſemine conceperit, & pepererit maſculum, immunda erit ſeptem diebus: iuxta dies ſeparationis morbi ſui immunda erit.
3 Porrò die octauo circuncidetur caro præputii eius.
4 Et triginta tribus diebus ſedebit in ſanguine purificationis: nullam rem ſacram tãget, & ad ſanctuarium non veniet, donec completi fuerint dies purificationis ſuæ.
5 Quòd ſi fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus ſecundum ſeparationem ſuam, & ſexaginta ſex diebus ſedebit in ſanguine purificationis ſuæ.
6 Poſtquam autem impleti fuerint dies purificationis ſuæ pro filio vel pro filia, afferet agnũ anniculum in holocauſtum, & pullum columbæ aut turturem in oblationem pro peccato, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ ad ſacerdotem.
7 Et offeret ipſum coram Iehoua, & expiabit eam, & mundabitur à vena ſanguinis ſui. Hæc *eſt* lex parientis maſculum vel fœminam.
8 Quòd ſi non potuerit offerre agnum, tunc accipiet duos turtures, aut duos pullos colũbæ, vnum in holocauſtum, & alterum ad oblationem pro peccato, expiabítque eam ſacerdos, & mundabitur.

## *In cadauere humano.*

***Num. cap.* XIX. *verſ.* XI.**

QVi tetigerit cadauer omnis animæ hominis, immundus erit ſeptem diebus.
12 Ipſe purificabitur eo die tertia, & die ſeptima mundus erit: quòd ſi non purificatus fuerit die tertia, die ſeptima non erit mundus.
13 Quicunque tetigerit mortuum, animam hominis qui mortuus fuerit, & non fuerit purificatus, tabernaculum Iehouæ polluit, & excidetur anima illa ex Iſraele, quia aqua ſeparationis non fuit aſperſa ſuper eum, immundus erit, adhuc immunditia eius eſt in ipſo.
14 Hæc *quoque* eſt lex, Quum quis mortuus fuerit in tabernaculo, quicũque ingreſſus fuerat tabernaculum, & quicquid fuerit in tabernaculo, immundum erit ſeptem diebus.
15 Omne item vas apertum, ſuper quo non fuerit operculum adiunctum, immundum eſt.
16 Quicunque præterea tetigerit in ſuperficie agri occiſum gladio, aut mortuũ, aut os hominis, aut ſepulchrum, immundus erit ſeptem diebus.
17 Tolléntque pro immundo de puluere combuſtionis oblationis pro peccato, & ponent ſuper eum aquam viuam in vaſe.
18 Capiet item hyſſopum, & intinget in aquam vir mundus, & ſparget ſuper tabernaculum,
& ſuper

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0064

& ſuper omnem ſupellectilem, & ſuper animas quæ fuerint tibi, ac ſuper eũ qui tetigit os illud, vel occiſum, vel mortuum, vel ſepulchrum.

19 Aſperget inquam mundus ſuper immundum die tertia, & die ſeptima, & mundabit eum die ſeptima: poſtea lauabit veſtimenta ſua: lauabit quoque ſeſe aqua, & mundus erit in veſpera.

20 Vir autem qui immundus fuerit, & non purificauerit ſe, excidetur anima illa è medio congregationis, quia Sanctuarium Iehouæ polluit: aqua ſeparationis non eſt aſperſa ſuper eum, immundus eſt.

## *In lepra.*

*Leuit. cap.* XIII. *verſ.* I.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,

2 Quum in cute carnis hominis fuerit tumor, vel ſcabies, vel macula alba, fuerítque in cute carnis eius in plagam lepræ, tunc adducetur ad Aharonem ſacerdotem, vel ad vnum è filiis eius ſacerdotum.

3 Et aſpiciet ſacerdos plagã in cute carnis, *ſi* pilus in plaga verſus fuerit in alborem, & aſpectus plagæ profundior fuerit cute carnis illius, plaga lepræ eſt: itaque conſiderabit eam ſacerdos, tum iudicabit illum contaminatum.

4 Quòd ſi macula alba fuerit in cute carnis eius, & profundior non fuerit aſpectus eius cute, neque pilus eius verſus fuerit in alborem, tum recludet ſacerdos plagam ſeptem diebus.

5 Poſtea cõtemplabitur eum ſacerdos die ſeptima: & quidem *ſi* plaga ſteterit in oculis eius, nec creuerit plaga in cute, tum recludet eum ſacerdos ſeptem diebus ſecundò.

6 Tunc perpendet ſacerdos eã die ſeptima ſecundò: & quidem *ſi* ſubnigra fuerit plaga, nec creuerit plaga in cute, tunc mundum declarabit eum ſacerdos, *nam* ſcabies eſt: & lauabit veſtimenta ſua, & mundus erit.

7 Si verò creſcendo creuerit ſcabies in cute poſteaquam oſtẽſus fuerit ſacerdoti in purificatione ipſius, oſtendetur ſecundò ſacerdoti.

8 Itaque contemplabitur ſacerdos: & quidem *ſi* creuerit ſcabies illa in cute, immũdum declarabit eum ſacerdos: *nam* lepra eſt.

9 Plaga lepræ quum fuerit in homine, adducetur ad ſacerdotem.

10 Conſiderabit ſacerdos: & quidem *ſi* tumor albus fuerit in cute, & is verterit pilum in alborem, & ſanitas carnis viuæ eſt in tumore:

11 Lepra inueterata eſt in cute carnis eius, perinde immũdum declarabit eum ſacerdos, nec recludet eum, quia immundus eſt.

12 Sin autem germinando germinauerit lepra in cute, & operuerit lepram totam cutẽ plagæ à capite eius vſque ad pedes eius ſecundum omnem aſpectum oculorum ſacerdotis:

13 Tunc cõtemplabitur ſacerdos: & *ſi* quidem operuit lepra omnem carnem eius, tunc mũdam declarabit plagam: *nam* tota verſa eſt in candorem, *propterea* munda eſt.

14 Et quo die conſpecta fuerit in ea caro viua, immunda erit.

15 Et contemplabitur ſacerdos carnem *illam* viuam immundam declarabit illam: caro viua immunda eſt, lepra eſt.

16 Aut quum reuerſa fuerit caro viua, & conuerſa in candorem, tunc veniet ad ſacerdotem:

17 Conſiderabítque ſacerdos: & *ſi* quidem verſa fuerit plaga in candorem, mũdam declarabit ſacerdos plagam illam, munda eſt.

18 Quum autem fuerit in cute carnis eius vlcus, & ſanatum fuerit:

19 Fuerítque in loco vlceris tumor albus, aut macula alba ſubrufa, oſtendetur ſacerdoti.

20 Tunc conſiderabit ſacerdos: & *ſi* quidem aſpectus eius humilior fuerit cute, & pilus eius verſus fuerit in candorem, immundum declarabit illum ſacerdos, plaga lepræ eſt *quæ* in vlcere germinauit.

*Num. cap.* V. *verſ.* I.

ET loquutus eſt Iehouáh, ad Moſéh, dicendo,

2 Præcipe filiis Iſraél vt eiiciant è caſtris omnem leproſum, & omnem ſeminifluum, omnémque pollutũ ſuper cadauere.

3 Tam maſculos quàm fœminas eiicietis, extra caſtra eiicietis eos, ne polluãt caſtra eorum in medio quorum ego habito.

*Deut. cap.* XXIV. *verſ.* IIX.

CAue tibi in plaga lepræ, vt obſerues diligenter, & facias omnino vt docebunt vos ſacerdotes Leuitæ: quẽadmodum præcepi eis, cuſtodietis faciendo.

9 Memento eorum quæ fecit Iehouáh Deus tuus ipſi Miriám in ipſo itinere, poſteaquam egreſsi eſtis ex Ægypto.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0065

21 Quòd ſi conſiderauerit illam ſacerdos, & ecce non fuerit in ea pilus albus, nec demiſsior cute *reliqua*, ſed fuerit ſubobſcura: tunc recludet illum ſacerdos ſeptem diebus.

22 Si verò creſcendo creuerit per cutem, immundam declarabit ſacerdos illam: plaga *lepræ* eſt.

23 At ſi in loco ſuo ſteterit macula illa alba, nec creuerit: aduſtio vlceris eſt, mundam declarabit illam ſacerdos.

24 Aut quum fuerit in cute carnis eius aduſtio ignis, & fuerit *in* ſanitate aduſtionis macula alba, ſubrufa, aut alba:

25 Conſiderabit eam ſacerdos: & *ſi* quidem verſus fuerit pilus in candorem in ea macula, & aſpectus eius ſit profondior cute *reliqua*: lepra eſt *qua* in aduſtione germinauit, & immundam iudicabit eam ſacerdos: plaga lepræ eſt.

26 Quòd ſi inſpexerit eam ſacerdos: & *ſi* quidem non fuerit in macula pilus albus, nec demiſsior fuerit cute ipſa, ſed fuerit ſubobſcura, recludet eum ſacerdos ſeptem diebus.

27 Et contemplabitur eam ſacerdos die ſeptimo: ſi creſcendo creuerit in cute, tūc immundam eam declarabit ſacerdos: plaga lepræ eſt.

28 Si verò in loco ſuo ſteterit macula illa, nec creuerit in cute, ſed ſit ſubobſcura, tumor aduſtionis eſt, mundam declarabit eam ſacerdos, quia aduſtio ambuſti eſt.

29 Quum autem viro aut mulieri exorta fuerit plaga in capite, aut in barba:

30 Tunc intuebitur ſacerdos plagam ipſam: & *ſi* quidē aſpectus eius fuerit profundior cute *reliqua*, & in ea pilus flauus *&* ſubtilis, tunc imundam declarabit eam ſacerdos: *nam* macula nigra eſt, lepra capitis aut barbæ eſt.

31 Quum autem conſiderauerit ſacerdos plagam maculæ nigræ, & *ſi* quidem aſpectus eius non fuerit profundior cute *reliqua*, & pilus niger non fuerit in ea, recludet ſacerdos plagā maculæ nigræ ſeptem diebus.

32 Et intuebitur ſacerdos plagam die ſeptima, & *ſi* quidē non creuerit macula illa nigra, nec fuerit in ea pilus flauus, & aſpectus maculæ nigræ non fuerit profundior cute:

33 Tunc radetur, ſed maculam nigram non radet: recludétque ſacerdos maculam nigram ſeptem diebus ſecundò:

34 Et conſiderabit ſacerdos maculam nigram die ſeptima: & *ſi* quidem non creuerit macula nigra in cute, nec aſpectus eius fuerit profundior cute, mūdam declarabit eam ſacerdos: lauabítque veſtimenta ſua, & mundus erit.

35 Si autem creſcendo creuerit macula illa nigra in cute poſt purificationem ſuam.

36 Tum inſpiciet eam ſacerdos: & *ſi* quidem creuerit macula illa nigra in cute, nō requiret ſacerdos pilum flauum, immunda eſt.

37 Quòd ſi in oculis eius ſteterit macula nigra, & pilus niger ortus fuerit in ea, ſanata eſt macula illa nigra: munda eſt, & mundam declarabit eam ſacerdos.

38 Porrò quum in cute carnis viri aut mulieris fuerint maculæ, maculæ *inquam* albæ:

39 Inſpiciet ſacerdos ipſe: & *ſi* quidem in cute carnis eorū fuerint maculæ albæ, ſubobſcuræ: macula alba eſt *qua* floruit in cute, munda eſt.

40 Vir autem quum depilatum fuerit caput eius, caluus eſt, mundus eſt.

41 Si verò ex parte faciei eius depilatum fuerit caput eius, recaluaſter eſt, *&* mundus eſt.

42 Quum autem fuerit in caluitio, aut in recaluatione plaga alba, rufa, lepra germinans eſt in clauitio eius, vel in recaluatione eius.

43 Tunc cōſiderabit illam ſacerdos. & *ſi* quidē tumor plagæ albus, *&* rufus in caluitio eius, aut in recaluatione eius, *&* ſicut aſpectus lepræ *in* cute carnis:

44 Vir leproſus eſt, immundus eſt, immundum declarando, immundum declarabit illum ſacerdos: in capite eius eſt plaga eius.

45 Porrò leproſi in quo fuerit plaga illa, veſtimenta erunt ſciſſa, & caput eius *erit* nudum, & pilum *ſuperioris* labri operiet: &, Immundus, immundus ſum clamabit.

46 Omnibus diebus quibus fuerit plaga in eo, contaminatus erit, *eſt enim* immundus: ſolus habitabit, extra caſtra erit habitatio eius.

47 Quum autem in veſte fuerit plaga lepræ, in veſte lanea, aut in veſte linea,

48 Aut in ſtamine, aut in ſubtegmine ex lino, aut ex lana, aut in pelle, aut in quauis ſupellectile pellicea:

49 Et fuerit plaga illa viridis, aut rufa in veſte, aut in pelle, aut in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in quauis ſupellectile pellicea: plaga lepræ eſt, oſtendetur ſacerdoti.

50 Conſiderabítque ſacerdos plagam, recludétque plagam illam ſeptem diebus.

51 Et conſiderabit plagam illam die ſeptimo: ſi creuerit plaga in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in pelle, *aut* in omni opere quod fit ex pelle, lepra corrodens eſt plaga illa, immunda eſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0066

52 Comburétque veſtem, vel ſtamen, vel ſubtegmen ex lana vel ex lino, vel omnem ſupellectilem pelliceam in qua fuerit plaga illa, quia lepra corrodens eſt, *propterea* igni comburetur.

53 Si autem conſiderauerit ſacerdos, & *ſi* quidem non creuerit plaga illa in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, aut in omni ſupellectile pellicea:

54 Tum præcipiet ſacerdos, & lauabunt id in quo eſt plaga: & recludet illud ſeptem diebus ſecundò.

55 Dein contemplabitur ſacerdos poſteaquam lota fuerit plaga: & quamuis non mutauerit plaga illa colorem ſuum, nec plaga creuerit, immunda eſt *tamen*, igni combures eã: infoſſio eſt in caluitio eius vel in recaluatione eius.

56 Si autem inſpexerit ſacerdos, & *ſi* quidẽ ſubobſcura fuerit plaga poſteaquam lota fuerit, abſcindet eam de veſte, vel de pelle, vel de ſtamine, vel de ſubtegmine.

57 Quòd ſi cõſpecta fuerit vltrà in veſte, vel in ſtamine, vel in ſubtegmine, vel in omni ſupellectile pellicea: *lepra* germinans eſt, igni combures eam in qua fuerit plaga illa.

58 Veſtis autem, ſiue ſtamen, ſiue ſubtegmen, aut quæuis ſupellex pellicea quam laueris, & receſſerit ab eis plaga: lauabitur ſecundò, & tunc munda erit.

59 Iſta eſt lex plagæ lepræ veſtimenti lanei, vel linei, vel ſtaminis, vel ſubtegminis, aut cuiuſuis ſupellectilis pelliceæ, ad declarandum illud mundum, vel ad declarandum illud immundum.

CAP. 14. v. 1 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Iſta erit lex leproſi in die mundationis ſuæ: adducetur ad ſacerdotem:

3 Et egredietur ſacerdos extra caſtra, contemplabitúrque *illum* ſacerdos: & *ſi* quidem ſanata fuerit plaga lepræ à leproſo,

4 Tunc præcipiet ſacerdos, & tollet ei qui mundatur duos paſſeres viuos mundos, & lignũ cedrinum, & coccum vermiculi, & hyſſopum.

5 Præcipiétque ſacerdos vt mactet paſſerem vnum ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.

6 Paſſerem viuum tollet, & lignum cedrinum, & coccum vermiculi, & hyſſopum: & tinget illa, & paſſerem viuum in ſanguine paſſeris mactati ſuper aquas viuentes.

7 Et ſparget ſuper mundandum à lepra ſeptem vicibus, mundabítque eum, atque emittet paſſerem viuum ſuper faciem agri.

8 Lauabítque qui emundabitur, veſtimenta ſua, ac radet omnem pilum ſuum, lauabítque ſe aqua, & purus erit: dein poſtea ingredietur caſtra, habitabítque extra tabernaculum ſuum ſeptem diebus.

9 Die autem ſeptimo radet omnem pilum ſuum, caput ſuum, & barbam ſuam, & ſupercilia oculorum ſuorum, atque omnem *reliquum* pilum ſuum radet: lauabit quoque veſtimenta ſua, poſtquam lauerit carnem ſuam aqua, & purificabit ſe.

10 Die autem octauo tollet duos agnos immaculatos, & agnam vnam anniculam immaculatam, & tres decimas ſimilæ pro minha miſtam oleo, & ſextarium vnum olei.

11 Statuétque ſacerdos qui mundat virum mundandum, & illa coram Iehouáh ad oſtium tabernaculi eccleſiæ.

12 Tollétque ſacerdos agnum vnum, quem offeret in ſacrificium pro delicto, & ſextarium olei, & agitabit ea agitatione coram Iehouáh.

13 Mactabítque agnum in loco in quo mactare ſolet oblationẽ pro peccato, & holocauſtũ, *nẽpe* in loco ſanctitatis: quia ſicut oſtia pro peccato, *ita* oblatio pro delicto eſt ſacerdotis: ſanctitas ſanctitatum eſt.

14 Accipiétque ſacerdos de ſanguine oblationis pro delicto, & ponet ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri.

15 Accipiet præterea ſacerdos de ſextario olei, & fundet in manum ſuam ſiniſtram.

16 Tingétque ipſe digitum ſuum dextrum in oleũ quod eſt in manu ſua ſiniſtra, ſpargétque de oleo digito ſuo ſeptem vicibus coram Iehoua.

17 De reſiduo verò olei quod eſt in manu ſua, ponet ſacerdos ſuper tenerum auris mundãdi dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri, vltra ſanguinem oblationis pro delicto.

18 Quod autem ſupereſt de oleo quod eſt in manu eius, ponet ſuper caput mũdandi: expiabítque eum ſacerdos coram Iehoua.

19 Faciet item ſacerdos oblationem pro peccato, emundabítque mũdandum ab immunditia ſua, & poſtea mactabit holocauſtum.

20 Et aſcendere faciet ſacerdos holocauſtum & minham ſuper altare: expiabítque eum ſacerdos, & mundus erit.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0067

21 Si autem pauper fuerit, & manus eius non poſsit aſſequi, tunc accipiet agnum vnum in
hoſtiam pro delicto in eleuationem ad expiandum illum,& decimam partem ſimilæ,vnam
permiſtam oleo pro minha,ſextariúmque olei:
22 Duos præterea turtures, aut duos filios columbæ, quodcunque apprehēdere poterit manus eius: erítque vnus in hoſtiam pro peccato,& alter pro holocauſto.
23 Afferétq; ea octauo die purificationis ſuæ ad ſacerdotem ad oſtium tabernaculi eccleſiæ
coram Iehoua.
24 Suſcipiétque ſacerdos agnum oblationis pro delicto, & ſextarium olei, atque agitabit ea
ſacerdos eleuationem coram Iehoua.
25 Mactabítque agnū oblationis pro delicto, ac tollet ſacerdos de ſanguine oblationis pro
delicto, ponétque ſuper tenerum auris mundandi dextræ, & ſuper pollicem manus eius
dextræ,& ſuper pollicem pedis eius dextri.
26 De oleo quoque fundet ſacerdos in manum ſuam ſiniſtram.
27 Spargétque ſacerdos digito ſuo dextro de oleo quod eſt in manu ſua ſiniſtra, ſeptem vicibus coram Iehoua.
28 Ponet quoque ſacerdos de oleo quod eſt in manu ſua ſuper tenerum auris emundandi
dextræ, & ſuper pollicem manus eius dextræ, & ſuper pollicem pedis eius dextri in loco
ſanguinis oblationis pro delicto.
29 Quod autem ſupereſt de oleo quod eſt in manu ſacerdotis, ponet ſuper caput emundandi, ad emundandum illum coram Iehoua.
30 Faciet item vnum de turturibus, vel ex pullis columbarum, ex iis quæ apprehenderit manus eius.
31 Quod *inquam* apprehenderit manus eius, *faciet* vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum cum minha: emundabítque ſacerdos mundandum coram Iehoua.
32 Iſta eſt lex eius in quo fuerat plaga lepræ, cuius manus non poterat apprehendere mundationem ſui.
33 Et loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh & ad Aharón, dicendo,
34 Quum ingreſsi fueritis terram Chenáan, quā ego do vobis in poſſeſsionem, & poſuero
plagam lepræ in domo terræ poſſeſsionis veſtræ:
35 Veniet ille cuius erit domus, renuntiabítque ſacerdoti, dicendo, Tanquā plaga *lepra* viſa
eſt mihi in domo.
36 Tunc præcipiet ſacerdos, & expurgabunt domum antequam ingrediatur ſacerdos vt diſpiciat plagam, ne polluatur quicquam quod ſit in ea domo: & poſtea ingredietur ſacerdos
ad contemplandum domum.
37 Tunc conſiderabit plagam ipſam: & *ſi* quidem plaga *quæ eſt* in parietibus domus *fuerint*
nigredines, flauedines, vel rubedines: & aſpectus eorum fuerit depreſsior *reliquo* pariete:
38 Egredietur ſacerdos è domo ad oſtium domus, & claudet domum ſeptem diebus.
39 Poſtea reuertetur ſacerdos die ſeptimo, & contemplabitur: & *ſi* quidem creuerit plaga
in parietibus domus,
40 Tunc præcipiet ſacerdos, & eruēt lapides in quibus fuerit plaga illa, proiiciéntque illos
extra ciuitatem in locum immundum.
41 Domum autem radere iubebit intrinſecus per circuitum, & effundēt puluerē quem abraſerint, extra ciuitatem in locum immundum.
42 Et accipient lapides alios quos reponent loco lapidum *illorum*, & lutum aliud capiet, &
complanabit domum.
43 Quòd ſi reuerſa fuerit plaga, & effloreat in illa domo poſtquā erui fecit lapides & abradi domum, & poſteaquam obducta fuit:
44 Tunc ingredietur ſacerdos, & conſiderabit, & *ſi* quidem creuerit plaga in domo, lepra
corrodens eſt in ipſa domo, immunda eſt.
45 Deſtruétque domum *&* lapides eius, & ligna eius, atque vniuerſum lutū domus: educétque extra ciuitatem in locum immundum.
46 Qui autem ingreſſus fuerit domum illam omnibus diebus quibus iuſſerit eam claudi,
immundus erit vſque ad veſperam:
47 Et qui dormierit in ea domo, lauabit veſtimēta ſua: quíſque comederit in domo, lauabit
veſtimenta ſua.
48 Si autem ingrediendo ingreſſus fuerit ſacerdos, contemplatúſque viderit non creuiſſe
plagam in ipſa domo poſtquam ipſa obducta fuit: mūdam iudicabit ſacerdos domum, quia
ſanata ſit plaga illa.
49 Tollet itaque ad purificandum domum duos paſſeres, & lignum cedrinum, & coccum
vermiculi, & hyſſopum.

50 Macta-

50 Mactabítque paſſerem viuum ſuper vas fictile ſuper aquas viuas.
51 Capiétque lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccum vermiculi, & paſſerem viuum, &
tinget illa in ſanguine paſſeris mactati, & in aqua viuente: aſpergétque domum ſeptem
vicibus.
52 Purificabítque domum illam ſanguine paſſeris, & aqua viua, & paſſere viuo, lignóque
cedrino, & hyſſopo, & cocco vermiculi.
53 Poſtea dimittet paſſerem viuum extra ciuitatem ſuper faciem agri, purgabítque domum,
& munda erit.
54 Iſta eſt lex omnis plagæ lepræ, & maculæ nigræ,
55 Et lepræ veſtis, & domus,
56 Et tumoris, & ſcabiei, & candentis maculæ,
57 Ad docendum quid agendum quo die immundus, & quo die mundus declarandus eſt.

## DE CIRCVNCISIONE.

*Geneſ. cap.* XVII. *verſ.* X.

HOc *eſt* pactum meum quod obſeruabitis inter me & vos, atque inter ſemen tuum poſt te, vt circuncidatur in vobis omnis maſculus.

*Leuit. cap.* XII. *verſ.* III.

POrrò die octauo circuncidetur caro præputii eius.

11 Circuncidetis verò carnem præputii veſtri, erítque ſignum pacti inter me & vos.
12 Omnis itaque maſculus octo dies natus circuncidetur in vobis in generationes veſtras,
*etiamſi fuerit* natus domus, & emptus argento à quocunque alienigena qui non eſt de ſe-
mine tuo.
13 Omnino *igitur* circuncidetur natus domus tuæ, & emptus argento tuo: erítque pactum
meum in carne veſtra in fœdus perpetuum.
14 Incircunciſus autem maſculus qui non circunciderit carnem præputii ſui, vtique exter-
minabitur anima illa de populis ſuis: *nam* pactum meum irritum fecit.

## AQVA EXPIATIONIS.

*Num. cap.* XIX. *verſ.* I.

LOquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh & Aharón, dicendo,
2 Hoc eſt ſtatutum legis quod præcepit Iehouáh, dicendo, Alloquere filios Iſraél, vt
afferant ad te vaccam rufam perfectam, in qua non ſit macula, ſuper quam non aſcende-
rit iugum.
3 Et dabitis eam Elazár ſacerdoti, qui educet eam extra caſtra, & mactandam curabit
ante ſe.
4 Capiétq; Elazár ſacerdos de ſanguine eius digito ſuo, & ſparget eregione faciei taberna-
culi eccleſiæ de ſanguine eius ſeptem vicibus.
5 Poſtea comburendam curabit vaccam in oculis ſuis: pellem eius, & carnem eius, & ſan-
guinem eius, vnà cum fimo eius comburet.
6 Tunc accipiet ſacerdos lignum cedrinum, & hyſſopum, & coccũ vermiculi, proiiciétque
in medium combuſtionis vaccæ.
7 Et lauabit veſtes ſuas ſacerdos lauabit quoque carnem ſuam aqua, & poſtea ingredietur
caſtra, immundúſque erit ſacerdos vſque ad veſperam.
8 Ille quoque qui combuſſerit eam, lauabit veſtimenta ſua aqua, lauabit & carnem ſuam a-
qua, immundúſque erit vſque ad veſperam.
9 Colliget autem vir mundus cinerem illius vaccæ, & ponet *illum* extra caſtra in loco mun-
do, erítque congregationi filiorum Iſraél in cuſtodiam in aquam ſeparationis: *nam* ex-
piatio eſt.
10 Et lauabit qui collegerit cinerem vaccæ, veſtimenta ſua, immundúſque erit vſque ad
veſperam: & erit filiis Iſraél, & peregrino qui peregrinatur in medio eorum, in ſtatutum
perpetuum.
& 21 Et erit eis in ſtatutum perpetuum: & qui ſparſerit aquam ſeparationis, lauabit veſti-
menta ſua: quíque tetigerit aquam ſeparationis, immundus erit vſque ad veſperam.
22 Et quicquid tetigerit immundus, immundum erit: & anima quæ tetigerit *ipſum*, immun-
da erit vſque ad veſperam.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0069

## DE LUCTU ISRAELITARUM.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXVII.

NOn attondebitis in circuitũ comam capitis veſtri, neque diſsipabis extremitatẽ barbæ tuæ.
28 Inciſionem autem pro mortuo non facietis in carne veſtra, & ſcripturam notæ non facietis in vobis: ego Iehouáh.

*Deuter. cap.* XIV. *verſ.* I.

FIlii eſtis Iehouæ Dei veſtri: non incidetis *igitur vos*, neque ponetis caluitium inter oculos veſtros ſuper mortuum.
2 Populus enim ſanctus es Iehouæ Deo tuo, & te elegit Iehouáh vt ſis illi in populum peculiarem ex omnibus populis qui ſunt ſuper faciem terræ:

## DE MIXTURA.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XIX.

STatuta mea obſeruabitis. Animal tuũ non facies coire *cum* altero genere. Agrum tuum nõ ſeres diuerſo ſemine, & veſtis diuerſarum ſpecierum ex lana & lino non aſcendet ſuper te.

*Deut. cap.* XXII. *verſ.* IX.

NOn ſeres vineam tuã diuerſis ſpeciebus ſeminum, ne fortè polluatur fructus ſeminis quod ſeuiſti, & fructus vineæ.
10 Non arabis cum boue & aſino pariter.
11 Non indues te diuerſa ſpecie *panni*, lana & lino pariter.

## DE VESTITU ET SCRIBENDA *priuatim lege.*

*Num. cap.* XV. *verſ.* XXXVII.

ET dixit Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
38 Alloquere filios Iſraél, & dic eis vt faciant ſibi fimbrias in angulis veſtimentorũ ſuorum per generationes ſuas: & ponant in fimbria anguli filum hyacinthinum.
39 Et erit vobis inſtar fimbriarũ, videbitíſque eam, & recordabimini omnium pręceptorũ Iehouæ vt faciatis ea: & non aſpicietis poſt cor veſtrum & oculos veſtros, poſt quos vos fornicamini.
40 Vt recordemini *inquam*, & faciatis omnia præcepta mea, & ſitis ſancti Deo veſtro.
41 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vobis in Deum: ego inquam Iehouáh Deus veſter.

*Deut. cap.* VI. *verſ.* VI.

ERúntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:
7 Et repetes ea filiis tuis, & loquêris de eis quando ſedebis in domo tua, & quãdo ambulabis per viam, & quãdo iacebis in lecto, & quando ſurges.
8 Ligabíſque ea in ſignum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos.
9 Scribes quoque illa in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.
CAP. II. v. 18 Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro, & animo veſtro, atq; ea ligate in ſignũ in manu veſtra, ſintque in frontalia inter oculos veſtros.
19 Et docete ea filios veſtros, vt loquamini de eis quum ſedebis in domo tua, & quum ambulabis per viam, quúmque iacebis in lecto, & quum ſurges.
20 Scribes quoque ea in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis:
21 Vt multiplicentur dies veſtri, & dies filiorum veſtrorũ ſuper terram, quam iurauit Iehouáh patribus veſtris ſe daturum illis iuxta dies cæli ſuper terram.
CAP. 22. v. 12 Fimbrias facies tibi in quatuor oris operimenti tui, quo operies te.

## DE FOETIBUS AUIUM NON TOLLENDIS *cum matre.*

*Deut. cap.* XXII. *verſ.* VI.

QVum occurrerit nidus auis coram te in via, in quauis arbore, aut ſuper terram, *in quo ſint* pulli vel oua, & mater cubet ſuper pullos aut ſuper oua, non accipies matrem cum filiis:
7 Dimittendo dimittes matrem, & pullos capies tibi: vt bene ſit tibi, & prolonges dies.

## DE PAXILLIS.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XII.

ET locus *quidam* erit tibi extra caſtra, egredieríſque illuc foras:
13 Paxillus item erit tibi cum armis tuis: erítque, quando deſidere voles extrà, fodies eo, & conuerſus operies excrementa tua.
14 Iehouáh enim Deus tuus ambulat per medium caſtrorum tuorum, vt eripiat te, & tradat inimicos tuos coram te: ſint itaque caſtra tua ſancta: & ne videat in te turpitudinem aliquam, & auertatur à te.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0070

# LEX POLITICA.

Magiſtratus cuſtos eſt vtriuſque tabulæ præceptorũ, habita ſocietatis humanæ ratione. Itaque politicæ leges Iſraélis vtramque tabulam reſpiciunt,& ad ſingula ἠθικὰ præcepta reuocandæ ſunt.

Leges ad priorem tabulam referuntur; nempe, Ad PRIMVM & SECVNDVM præceptum:

## DE IDOLOLATRIS APOSTATIS.

*Exod. cap.* XXII. *v.* XX.

IMmolans diis, præterquã Iehouæ ſoli, occidetur.

*Leuit. cap.* XX. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

2 Filiis pręterea Iſraél dices, Quicunque è filiis Iſraél & è peregrinis qui peregrinãtur in Iſraél, dederit de ſemine ſuo ipſi Mólech, moriendo morietur: populus terræ lapidabit eum lapidibus.

3 Ego namque ponam faciẽ meam in virum illum, & exterminabo illum è medio populi ſui, quia de ſemine ſuo dederit ipſi Mólech, vt contaminaret Sanctuarium meum,& pollueret nomen ſanctitatis meæ.

4 Quòd ſi abſcondendo abſcondat populus terræ oculos ſuos à viro illo quũ dat de ſemine ſuo ipſi Mólech, non interficiendo illum:

5 Tunc ponam ego faciem meum in virum illum, & in familiam eius,& ſuccîdam eum,& omnes qui fornicãrur poſt ipſum,vt fornicentur poſt Mólech, è medio populi ſui.

*Deuter. cap.* XIII. *verſ.* I.

QVum ſurrexerit in medio tui propheta, vel ſomniũ (& dederit tibi ſignum, vel portentum,

2 Eueneritque ſignũ & portentum quod loquutus eſt tibi) dicendo, Eamus poſt deos alienos(quos non noſti) & colamus eos:

3 Non obedies verbis prophetę illius,aut ſomniatori illi: quia tentat Iehouáh Deus veſter vos, vt ſciat an diligatis Iehouam Deum veſtrum toto corde veſtro & tota anima veſtra.

4 Poſt Iehouam Deum veſtrum ambulabitis, & illũ timebitis, ac præcepta eius cuſtodietis,vocíque eius obedietis, atque illum coletis,eíque adhærebitis.

5 Propheta autem ille,aut ſomniator ille interficietur: (quia loquutus eſt auerſionem contra Iehouã Deum veſtrum, qui eduxit te è terra Ægypti, & redemit te è domo ſeruorum, vt depelleret te de via quam præcepit tibi Iehouáh Deus tuus, vt ambulares per eam) & auferes malũ è medio tui.

6 Si incitauerit te frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus,aut filia tua,aut vxor ſinus tui, vel amicus tuus qui ſit ſicut anima tua,clàm dicẽdo,Eamus & colamus deos alienos (quos non noſti,tu & patres tui)

7 De diis populorum qui ſunt *in* circuitibus veſtris,propinquiorum tibi, aut remotorum à te,ab extremo *vno* regionis vſque ad *alterum* extremum eius:

8 Non acquieſces illi, neque obedies illi, nec parcet oculus tuus illi, neque indulgebis, neque occultabis illum:

9 Sed occidendo occides eum : manus tua erit in eum prius, vt interficias ipſum , & manus vniuerſi populi poſtea.
10 Et lapidabis eũ lapidibus, & morietur: quia quæſiuit depellere te à Iehoua Deo tuo, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorum:
11 Vt vniuerſus Iſraël audiant, & timeant, nec addant facere aliquid ſimile huic rei peſsimæ in medio tui.
12 Si audieris de vna vrbium tuarum quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, vt habites ibi, aliquem dicentem,
13 Egreſsi ſunt *quidam* homines filii impietatis è medio tui, qui impulerũt habitatores vrbis ſuæ, dicendo, Eamus & colamus deos alienos, quos non noſtis:
14 Tunc inquires & inueſtigabis, ac interrogabis diligenter: & ſi quidẽ veritas ſit, *&* rumor verus *quòd* facta ſit abominatio iſta in medio tui:
15 Percutiendo percuties habitatores vrbis illius acie gladii, perdendo eam, & quicquid in ea fuerit, & iumenta eius acie gladii:
16 Atque omnia ſpolia eius congregabis in medio plateæ eius, & combures igni vrbem ipſam, & omnia ſpolia eius prorſus Iehouæ Deo tuo: erítque tumulus perpetuus, nõ ædificabitur amplius.
17 Neque adhærebit manui tuæ quicquam de anathemate, vt auertatur Iehouáh ab ira furoris ſui, & det tibi miſericordias, miſereatúrque tui, ac multiplicet te, quemadmodum iurauit patribus tuis.
CAP. 17. v. 2 Si inuentus fuerit in medio tui, in vna è portis tuis, quas Iehouáh Deus tuus dat tibi, vir aut mulier qui fecerit malum in oculis Iehouæ Dei tui, tranſgrediendo pactum eius:
3 Et perrexerit, coluerítque deos alienos, atque incuruauerit ſe illis, & ſoli, vel lunæ, vel omni militiæ cæli, quod non præcepi:
4 Et renunciatum fuerit tibi, & audieris, & quæſieris diligenter: & ſi quidẽ veritas ſit, & rumor verus, *quòd* facta ſit abominatio iſta in Iſraele:
5 Tunc educes hominem illum, aut mulierem illam, qui fecerũt malum hoc, ac portas tuas, hominem aut mulierem, & lapidabis eos lapidibus, & morientur.

## *DE ABOLENDA IDOLOLATRIA.*

*Exod. cap.* XXIII. *verſ.* XXIV.

NOn adorabis deos eorũ, neque coles eos, neque facies ſecundum opera eorum, ſed deſtruẽdo deſtrues eos, & confringendo confringes ſtatuas eorum.

CAP. 34. v. 13 Sed aras eorum diruetis, & ſtatuas eorum confringetis, lucóſque eorum ſuccidetis.

*Num. cap.* XXXIII. *verſ.* LII.

EXpellite omnes habitatores terræ à facie veſtra, & perdite omnes picturas eorum, & omnes imagines conflaturarum eorum perdetis, omniáque excelſa eorum vaſtabitis.

*Deut. cap.* VII. *verſ.* V.

SEd ſic facietis eis, Altaria eorum deſtruetis, & ſtatuas eorum confringetis, lucóſque eorum ſuccidetis, ac ſculptilia eorum comburetis igni.

*&* 25 Sculptilia deorum ipſorum combures igni: nõ concupiſces argentum & aurum *quæ ſunt* ſuper ea, & capias tibi: ne illaquees te in illo: abominatio enim Iehouæ Dei tui eſt.

26 Neque introduces abominationem in domum tuam, & ſis anathema ſicut illud, & abominando abominaberis illud, quia eſt anathema.

CAP. 12. v. 1 Hæc ſunt ſtatuta & iudicia quæ cuſtodietis vt faciatis in terra quam daturus eſt Iehouáh Deus patrum tuorum tibi, vt poſſideas eam omnibus diebus quibus vos vixeritis ſuper terram illam.

2 Per-

2 Perdendo perdetis omnia loca in quibus ſeruierunt gentes quas vos poſſeſſuri eſtis, diis ſuis, ſuper montes excelſos, & ſuper colles, & ſub omni arbori viridi.
3 Diruetíſque aras earum, ac ſtatuas earum cõfringetis, lucos item earum comburetis igni, & ſculptilia deorum earum concidetis, perdetíſque nomen earum è loco ipſo.

## DE DIUINIS ET PSEUDOprophetis.

*Exo. cap.* XXII. *v.* XVIII.

MAleficam non ſines viuere.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXVI.

NOn augurabimini, neque obſeruabitis tempora.
& 31 Ne vertatis vos ad pythones, & ad haruſpices, ne conſulatis *eos*: ego Iehouáh Deus veſter.
CAP. 20. v. 6 Anima autem quæ verterit ſeſe ad pythones & haruſpices ad fornicandũ poſt eos, ponam faciem meã in animam illam, exterminabóque illam è medio populi ſui.
& 27 Vir autem ſiue mulier quum fuerit in eis Pytho, vel haruſpicum ſpiritus, moriendo morientur: lapidibus lapidabunt eos, ſanguis eorum ſuper eos.

*Deut. cap.* XVIII. *verſ.* IX.

QVum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, nõ diſces facere ſecundum abominationes Gentium illarum.
12 Non inuenietur in te qui tranſire faciat filium ſuum aut filiam ſuam per ignem, diuinans diuinationes, præſtigiator, & augur, neque maleficus:
11 Neq; incantator, neque interrogãs pythonem, neque magus, neque quærens à mortuis.
12 Abominatio enim Iehouæ eſt quicunque facit hæc, & propter abominationes iſtas Iehouáh Deus tuus eiicit illas à facie tua.
13 Perfectus eris cum Iehoua Deo tuo.
14 Gentes enim iſtæ quas poſſeſſurus es, ariolos & diuinos conſulunt: tu autem non ſic: dedit *enim* tibi Iehouáh Deus tuus.
15 Prophetam è medio tui è fratribus tuis, vt ego ſum, ſuſcitabit tibi Iehouáh Deus tuus, illũ audietis:
16 Iuxta omnia quæ poſtulaſti à Iehoua Deo tuo in Horéb in die congregationis, dicendo, Ne addam audire vocẽ Iehouæ Dei mei, neque ignem magnum iſtum videã amplius, ne moriar.
17 Et dixit Iehouáh mihi, Bene egerũt *in hoc* quod loquuti ſunt.
18 Prophetam ſuſcitabo illis de medio fratrum ſuorum ſicut tu, & ponam verba mea in ore eius, & loquetur eis omnia quæ præcepero illi.

19 Erit autem, quicunque non audierit verba mea quę loquetur nomine meo, ego requiram ab eo.
20 Veruntamen propheta qui ſuperbè egerit vt loquatur verbum in nomine meo quod nõ præcepi ei loqui, quíque loquetur in nomine deorum alienorum, morietur propheta ille.
21 Quòd ſi dixeris in corde tuo, Quomodo cognoſcemus verbum quod non loquutus fuerit Iehouáh?
22 Quando loquetur propheta in nomine Iehouæ, & non extiterit res illa, neque euenerit *illud*, eſt verbum quod non loquutus eſt Iehouáh, per ſuperbiam loquutus eſt illud propheta ille: ne timeas ab eo.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0073

## DE FOEDERIBVS.

*Exod. cap.* XXIII. *verſ.* XXXII.

NOn percuties cũ eis & diis illorũ fœdus.
33 Non habitabunt in terra tua, ne fortè peccare faciant te cõtra me, quando colueris deos eorum: nam eſſet tibi in laqueum.
Cap.34.v.12 Caue tibi ne fortè percutias fœdus cum habitatoribus eius regionis ad quã ingreſſurus es: ne fortè ſint in laqueum in medio tui.
& 15 Ne fortè percutias fœdus cũ habitatoribus eius regionis, & fornicentur poſt deos ſuos, & ſacrificent diis ſuis: vocet autem te *aliquis*, & comedas de ſacrificio eius.
16 Et *ne* fortè accipias de filiabus eius filiis tuis, & fornicentur filiæ eius poſt deos ipſarum, & fornicari faciant filios tuos poſt deos earum.

*Deut. cap.* VII. *verſ.* I.

QVum introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terram quam tu ingreſſurus es vt poſſideas eam, & auulſerit gentes multas à facie tua, Hitthæum, & Girgaſæum, & Emoræum, & Chenaanæum, & Periſæum, & Hiuæum, & Iebuſæum, ſeptem gentes multas & robuſtiores te:
2 Et tradiderit eas Iehouáh Deus tuus corã te, & percuſſeris eas, perdendo perdes eas: non inibis cum illis pactum, neque miſereberis earum.

# AD TERTIVM PRÆCEPTVM.

## DE BLASPHEMIS.

*Leuit. cap.* XXIV. *verſ.* X.

EGreſſus eſt autẽ filius mulieris Iſraelitidis, qui erat filius viri Ægyptii, in medio filiorum Iſraél: & iurgati ſunt in caſtris ipſis filius Iſraelitidis & vir Iſraelita.
11 Et expreſsit filius mulieris Iſraelitidis nomen, & maledixit: adduxerúntque eum ad Moſéh: nomen autem matris eius erat Selomíth filia Dibri, de tribu Dan.

*Num. cap.* XV. *verſ.* XXX.

ET anima quæ fecerit in manu excelſa, tam ciuis quam peregrinus, Iehouam probris afficit: atque excidetur anima illa è medio populi ſui.
31 Quia verbum Iehouæ ſpreuit, & præceptũ eius irritum fecit, excidendo excidetur anima illa, iniquitas eius *erit* in ipſa.

12 Et poſuerunt eum in cuſtodiam, vt exponeret eis iuxta ſermonem Iehouæ.
13 Loquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
14 Educ blaſphemum extra caſtra, & ponant omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum vniuerſus cœtus:
15 Ad filios autem Iſraél loquaris, dicendo, Quicunque maledixerit Deo ſuo, portabit iniquitatem ſuam.
16 Et qui expreſſerit nomen Iehouæ, moriendo morietur, lapidando lapidabunt eum vniuerſus cœtus: tam peregrinus, quàm indigena, quum expreſſerit nomen, moriatur.
& 23 Loquutus eſt autem Moſéh ad filios Iſraél, & eduxerunt blaſphemum extra caſtra, lapidauerúntque eum lapidibus: atque *ita* filii Iſraél fecerunt ſecundum quod præceperat Iehouáh Moſéh.

# AD QVARTVM PRÆCEPTVM.

## DE VIOLATO SABBATHO.

*Exod. cap.* XXXI. *verſ.* XIV.

CVſtodietis igitur Sabbathum, quia ſanctitas eſt vobis: quiſquis profanauerit illud, moriendo morietur: quia omnis faciẽs in eo opus, excidetur anima ipſa è medio populorum ſuorum.
15 Sex diebus fiet opus, at die ſeptimo Sabba-

*Num. cap.* XV. *verſ.* XXXII.

QVum autem filii Iſraél eſſent in deſerto, inuenerunt virum colligentem ligna in die ſabbathi:
33 Et adduxerunt illum qui inuenerunt eum colligentem ligna, ad Moſéh & Aharón, & ad vniuerſam congregationem.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0074

Sabbathũ ceſſationis eſt, ſanctitas Iehouæ: quicunque fecerit opus die Sabbathi, moriendo morietur.

CAP. 35. v. 2 Sex diebus facies opus: at die ſeptima ſit vobis ſanctitas, Sabbathum ceſſationis Iehouæ: quicunque fecerit in eo opus, morietur.

34 Quem poſuerunt in cuſtodia, quia non erat expoſitum quid faciendum eſſet ei.

35 Et dixit Iehouáh ad Moſéh, Moriendo moriatur vir ille, lapidet eum lapidibus vniuerſa congregatio extra caſtra.

36 Eduxerunt ergo eum congregatio extra caſtra, & lapidauerũt eum lapidibus: mortuúſque eſt quemadmodum præceperat Iehouáh Moſéh.

# LEGES POLITICÆ AD POSTERIOREM tabulam referendæ.

## AD PRIMVM PRÆCEPTVM.

## DE MAGISTRATIBVS ET EORVM authoritate.

*Exod. cap.* XVIII. *verſ.* XIII.

ET fuit, poſtero die ſedit Moſéh ad iudicandum populum: ſtabátque populus iuxta Moſéh à manè vſque ad veſperam.

14 Videns autem ſocer Moſéh quæcunque ipſe faciebat populo, dixit, Quid eſt hoc quod facis populo? cur tu ſedes ſolus, & vniuerſus populus ſtat iuxta te à manè vſque ad veſperam?

15 Reſpondítq; Moſéh ſocero ſuo, Quia venit ad me populus ad quærendũ Deum.

16 Quum eſt illis negotium *aliquod*, veniunt ad me, & iudico inter virum & ſocium ſuum, notáque facio ſtatuta Dei, & leges eius.

17 Dixítque ſocer Moſéh ad eũ, Nõ eſt bonũ qđ tu facis.

18 Succumbẽdo ſuccumbes, etiam tu, etiã populus iſte qui eſt tecum: quia ſupra vires tuas eſt res, non poteris facere eam ſolus.

19 Nunc *ergo* audi vocẽ meã, conſulam tibi, & erit Deus tecum: Eſto tu pro populo coram Deo, & refer res *difficiles* ad Deum:

20 Et doce eos ſtatuta & leges, & indica eis viam per quam ambulent, & opus quod faciant.

21 Tu autem conſidera ex omni populo viros fortes, timẽtes Deum, viros veridicos, odio habẽtes auaritiã, & præfice illis principes *ſup*

*Num. cap.* XI. *verſ.* XVI.

DIxit ergo Iehouáh ad Moſéh, Cõgrega mihi ſeptuaginta viros è Senioribus Iſraél, quos noſti quòd ſint Seniores populi, & principes eius, adducáſque eos ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, & ſtent ibi tecum:

17 Tunc deſcendã, & loquar tecum ibi: & ſeparabo de Spiritu qui eſt in te, & ponam in eis, & ſuſtinebũt tecum onus populi, & nõ ſuſtinebis tu ſolus.

& 24 Egreſſus eſt autẽ Moſéh, & loquutus eſt ad populum verba Iehouæ: congregauítque ſeptuaginta viros è Senioribus populi, quos ſtatuit in circuitu tabernaculi.

25 Tum deſcẽdit Iehouáh in nube, & loquutus eſt ad eũ: & ſeparauit de Spiritu qui erat in eo, poſuítq; in ſeptuaginta viris Senioribus: fuit autem, requieſcente in eis Spiritu, prophetauerũt, & non addiderunt.

*Deuter. cap.* I. *verſ.* IX.

ET dixi vobis in tempore illo, dicendo, Non poſſum ſolus ferre vos.

10 Iehouáh Deus veſter multiplicauit vos, ita vt ſitis hodie ſicut ſtellæ cæli in multitudine.

11 (Iehouáh Deus patrum veſtrorum addat ſuper vos, ſicut eſtis, mille vicibus: & benedicat vobis quemadmodũ loquutus eſt vobis.)

12 Quomodo feram ſolus laborem veſtrum, & onus veſtrum, & lites veſtras?

13 Date ex vobis viros ſapiẽtes, & intelligentes, & notos è tribubus veſtris, vt præficiam illos vobis.

14 Et reſpondiſtis mihi, atq; dixiſtis, Bona res eſt quam dixiſti vt faciamus.

15 Tulíque principes tribuũ veſtrarum, viros ſapientes, & notos, ac conſtitui eos principes ſuper vos, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decuriones, & præfectos tribubus veſtris.

16 Atque præcepi iudicibus veſtris tempore illo, dicendo, Audite inter fratres veſtros, & iudicate iuſtè inter virum & fratrẽ ſuum, & inter peregrinum eius.

17 Non agnoſcetis faciem in ipſo iudicio: ſicut paruum, ſic & magnũ audietis: nõ timebitis à facie cuiuſquã, qa iudicium Dei eſt: rem autẽ

mille, centuriones, quinquagenarios, & decanos,
22 Qui iudicabunt populum omni tempore: omnem verò rem magnam referent ad te, & omnem rem paruam iudicabunt ipſi: atque *ita* leuiorem reddent tibi *ſarcinam*, quũ tulerint tecum.
23 Si hoc feceris, & præceperit tibi Deus, poteris ſtare, & etiã totus populus iſte reuertetur ad locum ſuum pacificé.
24 Paruit ergo Moſéh voci ſoceri ſui, fecítq; omnia quæ dixerat:
25 Et delegit Moſéh viros fortes ex omni Iſraele, & conſtituit eos capita ſuper populũ, principes *ſuper* mille, centuriones, quinquagenarios, ac decanos,
26 Qui iudicabant populum omni tempore: ardua referebant ad Moſéh, omnem verò rem paruam iudicabant ipſi.

Cap. 30. v. 12 Quando capies ſummam filiorũ Iſraél per numeratos eorum, dabunt ſinguli redemptionem animæ ſuæ Iehouæ quãdo numeraueris eos, & non erit in eis plaga, quum numerabis eos.
13 Hoc *autem* dabunt, Omnis tranſiẽs ad numeratos dimidium ſecli ſecundum ſeclum ſanctitatis, viginti obolorum eſt ſeclus: dimidium ſecli oblatio terræ Iehouæ.
14 Quicũque tranſit ad numeratos à viro viginti annorum & ſuprà, dabit oblationem Iehouæ.
15 Diues non augebit, & pauper non diminuet de dimidio ſeclo, quum dederint oblationem Iehouæ ad expiandas animas veſtras.
16 Accipiéſque argentum expiationum à filiis Iſraél, & dabis illud in opus tabernaculi eccleſiæ: erítque filiis Iſraél ad memoriã coram Iehouáh ad expiandum animas veſtras.

quæ grauior erit vobis, referetis ad me, & audiam illam.
18 Præcepíque vobis tempore illo omnia quæ facere deberetis.

Cap. 16. v. 18 Iudices & præfectos pones tibi intra omnes portas tuas quas Iehouáh Deus tuus dat tibi in tribubus tuis, qui iudicabũt populum iudicio iuſtitiæ.

Cap. 17. v. 12 Vir autem qui fecerit per ſuperbiam vt non obediat Sacerdoti qui ſteterit vt miniſtret illic coram Iehoua Deo tuo, aut Iudici, morietur vir ille, & auferes malum ex Iſraele:
13 Vt vniuerſus populus audiat & timeat, & non ſuperbè agat vltrá.
14 Quum ingreſſus fueris terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, & poſſederis eã, & habitaueris in ea, ac dixeris, Conſtituam ſuper me Regem *aliquem*, vt omnes gentes quæ *ſunt in* circuitibus meis:
15 Conſtituendo conſtitues ſuper te Regem quẽ delegerit Iehouáh Deus tuus: è medio fratrum tuorum cõſtitues ſuper te Regem, non poteris cõſtituere ſuper te virum alienigenam qui non ſit frater tuus.
16 Tantùm ne multiplicet ſibi equos, neque reducat populum in Ægyptum vt multiplicet *ſibi* equos: præſertim quum Iehouáh dixerit vobis, Nõ reuertemini iterũ per viam iſtam poſthac:
17 Neque multiplicabit ſibi vxores, ne declinet cor eius: neque argentum & aurum multiplicabit ſibi valde.
18 Quum autem ſederit ſuper ſolium regni ſui, ſcribet ſibi iteratã Legem hanc in libro à conſpectu Sacerdotum Leuitarum:
19 Erítque apud illũ, & leget in eo omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Iehouam Deum ſuum, vt cuſtodiat omnia verba Legis huius, & ſtatuta hæc, vt faciat illa:
20 Ne eleuetur cor eius ſuper fratres ipſius, neque declinet à præcepto ad dexteram aut ad ſiniſtram: vt prolonget dies in regno ſuo, ipſe & filii eius in medio Iſraelis.

Cap. 23. v. 1 Non ingredietur qui contuſione fractos aut abſciſſos habet teſticulos, in cõgregationem Iehouæ.
2 Non ingredietur ſpurius cõgregationem Iehouæ: etiam generatione decima non ingredietur congregationem Iehouæ.
3 Non ingredietur Ammonita & Moabita cõgregationem Iehouæ: etiam generatione decima non ingredietur congregationem Iehouæ vſque in ſeculum:
4 Eo quòd non exceperint vos cum pane & aqua in via, poſteaquam egreſsi eſtis ex Ægypto: & quòd mercede cõduxerit aduerſum te Bilám filium Beór de Pethór è Meſopotamia Syriæ, vt malediceret ti bi.
5 Sed noluit Iehouáh Deus tuus audire Bilám, & conuertit Iehouáh Deus tuus tibi maledictionem in benedictionem, quòd diligeret te Iehouáh Deus tuus.
6 Non quæres pacem eorum & bonum eorum cunctis diebus tuis, in ſeculum.
7 Non abominaberis Edomæum, quia frater tuus eſt, non abominaberis Ægyptium, quia peregrinus fuiſti in terra eius.
8 Filii qui naſcentur eis generatione tertia, ingredientur congregationem Iehouæ.

## DE PATRIA POTESTATE.

*Exod. cap.* XXI. *verſ.* VII.

QVum autem vendiderit quiſpiam filiam ſuam in ancillam, nõ egredietur quemadmodum egredi ſolent ſerui.

*&* 15 Et qui percuſſerit patrẽ ſuum aut matrẽ ſuam, moriendo moriatur.

*&* 17 Et qui maledixerit patri ſuo vel matri ſuæ, moriendo moriatur.

*Leuit. cap.* XX. *verſ.* IX.

NAm quicunque maledixerit patri ſuo aut matri ſuæ, moriẽdo morietur: patri ſuo aut matri ſuæ maledixit, ſanguis eius in eum *erit*.

*Deut. cap.* XXI. *verſ.* XVIII.

QVum quis habuerit filiũ declinantem & rebellẽ, non obediẽtem voci patris ſui & voci matris ſuæ, & correxerint eum, nec paruerit illis:

19 Tum apprehendent eum pater eius & mater eius, educẽntque illum ad Seniores vrbis ſuæ, & ad portam loci ſui:

20 Dicẽntq; Senioribus vrbis illius, Filius noſter iſte declinans & rebellis eſt, non eſt obediens voci noſtræ, epulo & potator eſt.

21 Tunc lapidabunt eum omnes homines vrbis ſuæ lapidibus, & morietur: atque *ita* auferes malum è medio tui, vniuerſúſque Iſraél audient, & timebunt.

## AD SECVNDVM PRÆCEPTVM.

## DE POENIS CAPITALIBUS *in genere*.

*Deut. cap.* XXI. *verſ.* XXII.

QVum fuerit in aliquo peccatum *&* iudicium mortis, & interficiendus fuerit, & ſuſpenderis eum in ligno:

23 Non pernoctabit cadauer eius in ligno, ſed ſepeliendo ſepelies eum eodem die, quia maledictio Dei *eſt* ſuſpenſus: & non contaminabis terram tuam, quam Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem.

CAP.24.V.16 Non interficientur patres pro filiis, neque filii interficientur pro patribus: quiſque pro peccato ſuo morietur.

## DE HOMICIDIO VOLUNTARIO.

*Exod. ca.* XXI. *verſ.* XII.

QVi percuſſerit virum, & mortuus fuerit, moriẽdo morietur.

*&* 14 Sin verò ſuperbè egerit quiſpiam in proximum ſuum, ita vt occidat eum dolo, ab altari meo tolles eum vt moriatur.

*&* 20 Quum autem percuſſerit quiſpiã ſeruum ſuũ vel ancillam ſuam bacillo, & mortuus fuerit ſub manu eius, vindicando vindicabitur.

*Leuit. ca.* XXIV. *ver.* XVII.

ET vir quũ percuſſerit quamlibet animã hominis, moriendo moriatur.

*&* 21 Qui percuſſerit animal, reddet illud: qui verò percuſſerit hominem, moriatur.

22 Iudicium vnum erit vobis, ſicut peregrinus, ſic & indigena erit: quia ego Iehouáh Deus veſter.

*Num. c.* XXXV. *v.* XXXI.

NEque accipietis pretium pro anima homicidæ, qui eſt impius, vt moriatur: ſed moriẽdo morietur.

*&* 33 Et *ita* nõ polluetis terrã in qua fueritis, quia ſanguis iſte polluit terram: neque terra expiabitur propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effudit illum.

*Deut. cap.* XIX. *verſ.* XI.

AT quum fuerit quiſpiã qui oderit proximũ ſuũ, & inſidiatus fuerit ei, inſurrexerítque in eũ, & percuſſerit eũ anima, & mortuus fuerit: fugerit autẽ ad vnã vrbiũ iſtarũ:

12 Tunc mittent ſeniores vrbis illius, & abſtrahent eum inde, dabúntque eũ in manu propinqui ſanguinis: & morietur.

13 Non parcet oculus tuus ei, & auferes ſanguinẽ innocentem ex Iſraele, & bene erit tibi.

# DE HOMICIDIO NON VOLUNtario & aſylis.

*Exod. cap.* XXI. *v.* XIII.

AT qui non inſidiatus fuerit, ſed Deꝰ fuit cauſa *vt veniret* ad manum eius, tūc ponam tibi locum ad quem fugiet.

*Num. ca.* XXXV. *verſ.* VI.

ET loquutus eſt Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

10 Alloquere filios Iſraél, & dicas eis, Quum tranſieritis Iardén in terram Chenáan:

11 Cōſtituetis vobis vrbes, vrbes autem refugii erunt vobis: quò fugiet homicida qui percuſſerit aliquem per errorem.

12 Et erunt vobis vrbes illæ in refugium à propinquo: & non morietur homicida, donec ſteterit ipſe ante congregationem ad iudicium.

13 Et *ex* vrbibus quas dabitis, ſex vrbes refugii erunt vobis.

14 Tres vrbes dabitis citra Iardén, & tres vrbes dabitis in terra Chenáan: vrbes refugii erunt.

15 Filiis Iſraél, & peregrino, & incolæ in medio eorum, erūt ſex vrbes illæ in refugium, vt fugiat illuc quicunque percuſſerit aliquē per errorem.

16 Si autem inſtrumento ferreo percuſſerit eū, & mortuus fuerit, homicida eſt: moriendo morietur homicida.

17 Si verò lapide manus, quo moriatur percuſſerit eū, & mortuus fuerit, homicida eſt: moriendo morietur homicida.

18 Aut inſtrumēto ligneo manus, quo moriatur, percuſſerit eum, & moriatur, homicida eſt: moriendo morietur homicida.

19 Propinquus ſanguinis ipſe interficiet homicidam: quum ipſe obuiauerit illi, ipſe interficiet eum.

20 Quòd ſi per odium impulerit eum, aut proiecerit *aliquid* in eum per inſidias, & mortuus fuerit:

21 Aut per inimicitiam percuſſerit eū manu ſua, mortuúſque fuerit: moriendo morietur percuſſor, homicida eſt: propinquus ſanguinis interficiet homicidam, quū ipſe occurrerit illi.

22 Si autē caſu abſque inimicitiis impulerit eum, vel proiecerit in eum quoduis inſtrumentum abſque inſidiis,

23 Aut quemuis lapidem quo moriatur, *quem prius* non videbat, & cadere fecerit ſuper illum, mortuúſque fuerit, & ipſe non erat illi inimicus, neque quærebat malum eius:

24 Tunc iudicabit congregatio inter percuſſorem & propinquum ſanguinis ſecūdum iudicia iſta.

25 Et eruet congregatio homicidam è manu propinqui

*Deut. cap.* XIX. *verſ.* I.

QVum exciderit Iehouáh Deus tuus gētes, quarum *ipſe* Iehouáh Deus tuus dat tibi terram, & poſſederis eas, habitaueríſque in vrbibus earum, & in domibus earum:

2 Tres vrbes ſeparabis tibi in medio terræ tuæ, quā Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſſideas eam.

3 Præparabis tibi itinera, & in tres partes diuides terminum terræ tuæ quam in hæreditatem daturus eſt tibi Iehouáh Deus tuus, eritque vt fugiat illuc omnis homicida.

4 Hæc autē *eſt* res homicidæ qui fugiet illuc, & viuet: qui percuſſerit proximum ſuum ignoranter, neque oderat eum ab heri & nudiuſtertius:

5 Quíque abierit cum proximo ſuo in ſyluā ad cædendum ligna, & impulſa fuerit manus eius in ſecurim ad cædēdum lignū, elapſum autem fuerit ferrum è ligno, inueneritque proximum ſuum, & moriatur: is fugiet ad vnam vrbium iſtarum, & viuet:

6 Ne perſequatur propinquus ſanguinis homicidam illum quum incaluerit cor eius, & aſſequatur eum, quòd longior fuerit viæ, & percutiat eum anima, quum tamen non ſit reus mortis, quòd odiſſet eū ab heri & nudiuſtertius.

7 Idcirco ego præcipio tibi, dicendo, Tres ciuitates ſeparabis tibi.

8 Quòd ſi dilatauerit Iehouáh Deus tuus terminum tuū, quemadmodum iurauit patribus tuis, & dederit tibi vniuerſam terram, quam dixit patribus tuis ſe daturum:

9 Quum cuſtodieris omnia præcepta iſta, vt facias ea quæ ego præcipio tibi hodie, *nēpe* vt diligas Iehouam Deum tuū, & ambules in viis eius omnibus diebus: tunc addes tibi adhuc tres vrbes vltra tres iſtas:

10 Vt non effundatur ſanguis innocēs in medio terræ tuæ quam Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem, néve ſint ſuper te ſanguines.

CAP. 21. V. 1 Quum inuentum fuerit cadauer hominis occiſi in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſſideas eam, proſtratum in agro, nec cognitum fuerit quis percuſſerit eum:

2 Tunc egredientur ſeniores tui & iudices tui, & metientur vſque ad ciuitates quæ ſunt in circuitibus cadaueris hominis illius occiſi.

3 Et ſeniores vrbis propinquioris illi cadaueri occiſo, capient vitulam de armento, qua nemo vſus fuerit, & quæ non traxerit iugum:

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0078

propinqui ſanguinis, & reuerti facient eum congregatio ad vrbem refugii ſui, ad quam confugerat: habitabítque in ea, donec moriatur Sacerdos magnus qui vnctus eſt oleo ſanctitatis.
26 Quòd ſi egrediendo egreſſus fuerit homicida terminum vrbis refugii ſui ad quam confugerat,
27 Et inuenerit eum propinquus ſanguinis extra terminum vrbis refugii ſui, atque occiderit propinquus ille ſanguinis homicidā, non erit obnoxius morti.
28 In ciuitate enim refugii ſui habitabit, donec moriatur Sacerdos magnus: poſteaquā autem mortuus fuerit Sacerdos magnus, reuertetur homicida in terram poſſeſsionis ſuæ.
29 Et erunt iſta vobis in ſtatutum iudicii per generationes veſtras, in omnibus habitationibus veſtris.
30 Quicunque percuſſerit aliquem, ad verbum teſtium occidet homicidam: ſolus enim teſtis non teſtificabitur in animam vt moriatur.
31 Neque accipietis pretium pro anima homicidæ, qui eſt impius, vt moriatur: ſed moriendo morietur.

4 Et adducent ſeniores eius vrbis vitulam ad vallem aſperam, quæ nunquam fuerit arata, neque ſeminata, & præcident ceruicem vitulæ illic in valle.
5 Et accedēt ſacerdotes filii Leui (eos enim elegit Iehouáh Deus tuus vt miniſtrēt ipſi, & ad benedicendum in nomine Iehouæ, & iuxta quorum ſermonem erit omnis lis, atque omnis plaga.)
6 Et omnes ſeniores eius vrbis propinquiores cadaueri hominis occiſi, lauabūt manus ſuas ſuper vitulam percuſſam in valle.
7 Et teſtificabuntur, ac dicēt, Manus noſtræ non effuderunt ſanguinem iſtum, neque oculi noſtri viderunt:
8 Expia populū tuum Iſraél quem redemiſti, Iehouáh, & ne imputes ſanguinē innocentē in medio populi tui Iſraél. Et expiabitur ab eis ſanguis.
9 Tu autem auferes ſanguinem innocentem è medio tui: quum feceris quod rectum *eſt* in oculis Iehouæ.
Cap. 22. v. 8 Quum ædificaueris domū nouā, facies ſepimētum *per circuitum* tecto tuo, ne ponas ſanguinem in domo tua, ſi ceciderit cadens ex eo.

32 Sed nec accipietis pretium vt fugiat ad vrbem refugii ſui, vt reuertatur habitare in *ea* terra donec moriatur Sacerdos.
33 Sed *ita* non polluetis terram in qua fueritis, quia ſanguis iſte polluit terram: neque terra expiabitur propter ſanguinem qui effuſus eſt in ea, niſi per ſanguinem illius qui effundit illum.
34 Ne ergo polluatis terram in qua habitatis, & in cuius medio ego habito: ego enim Iehouáh habito in medio filiorum Iſraél.

## DE ATROCI INIVRIA.

*Exod. cap.* XXI. *verſ.* XVIII.

QVum autem rixati fuerint aliqui, & percuſſerit aliquis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed deciderit in lectum:
19 Si ſurrexerit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, tum innocens erit qui percuſsit: tātùm ceſſationem eius dabit, & medendo mederi faciet.
& 21 Veruntamen ſi per diē vel per duos dies perſtiterit, non vindicabitur, quia pecunia eius eſt.
22 Quum autem rixati fuerint viri, & percuſſerint mulierem prægnantem, ita vt egrediētur nati eius, nec *tamen* fuerit mors: puniendo punietur quemadmodum impoſuerit ei maritus mulieris, & dabit ſecundum iudices.
23 Quòd ſi mors fuerit, tunc dabis animam pro anima,
24 Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede,
25 Aduſtionem pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorem pro liuore.

*Leuit. ca.* XXIV. *ver.* XIX.

VIr autem qui dederit maculam in proximum ſuū: ſecūdum quod fecit, ſic fiat ei.
20 Fracturā pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dente: ſicut dederit maculam in homine, ſic dabitur in eo.
21 Qui percuſſerit animal, reddet illud: qui verò percuſſerit hominem, moriatur.

*Deut. cap.* XXV. *verſ.* XI.

QVum rixati fuerint aliqui ſimul, alter cum altero, & acceſſerit vxor vnius vt eruat virum ſuum è manu percutientis ipſum, & immiſerit manum ſuam, apprehenderítque verenda eius.

26 Quum autem percuſſerit quiſpiam oculum ſerui ſui vel oculũ ancillæ ſuæ, & corruperit eum, liberum dimittet eum pro oculo eius.
27 Quòd ſi dentem ſerui ſui vel dentem ancillæ ſuæ excuſſerit, liberum dimittet eum pro dente eius.
28 Et ſi cornupetierit bos virũ vel mulierem, ita vt moriatur, lapidando lapidabitur bos, neque comedetur caro eius: at dominus bouis erit innocens.
29 Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtatio facta fuerit domino eius, & non cuſtodierit eum, occiderit autem virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, & etiam dominus eius morietur.
30 Si pretium redemptionis impoſitum fuerit ei, tunc dabit redemptionē animæ ſuæ quantum impoſitum fuerit ei.
31 Siue filium cornupetierit, ſiue filiam cornupetierit, ſecundum iudicium hoc, fiet ei.
32 Si ſeruum cornupetierit bos, vel ancillam, argenti triginta ſéclos dabit domino eius, & bos ille lapidabitur.
33 Quum autem aperuerit aliquis ciſternam, vel ſi foderit aliquis ciſternam, & non cooperuerit eam, ceciderítque illuc bos vel aſinus:
34 Dominus illius ciſternæ reddet argentum, & reſtituet domino eius: & quod mortuum eſt erit illius.
35 Et ſi percuſſerit bos alicuius bouem proximi ſui, mortuúſque fuerit: tunc vendēt bouem illum viuum, & partientur *inter ſe* argentum eius, & etiam mortuum partientur.
36 Vel *ſi* notum fuerit quòd bos cornupeta ſit ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodierit eũ dominus eius: reddendo reddet bouem pro boue, & mortuus erit illius.

## *DE POENIS NON CAPITALIBUS.*

*Deuter. cap.* XXV. *verſ.* I.

SI fuerit lis inter aliquos, & acceſſerint ad iudicium, & iudicauerint eos, iuſtificauerintque iuſtum, & impium condemnauerint:
2 Si quidem cædendus fuerit impius, tunc proſternet illum Iudex, & cædere iubebit illum coram ſe ſecundum impietatem eius iuxta numerum.
3 Quadragenis *plagis* cædere iubebit eum, non addet: ne fortè ſi addat cædere illum vltra iſtas *plagas* plagis multis, vileſcat frater tuus in oculis tuis.

## *DE IURE BELLI.*

*Deut. cap.* XX. *verſ.* I.

QVum egredieris ad bellum contra inimicos tuos, & videris equos & currus, & populum maiorem te, ne timeas ab eis: Iehouáh enim Deus tuus eſt tecum, qui eduxit te de terra Ægypti.
2 Erit autem, quum appropinquaueritis ad conflictum, accedet Sacerdos, & alloquetur populum:
3 Ac dicet illis, Audi Iſraél, appropinquamini hodie conflictui contra inimicos veſtros: ne molleſcat cor veſtrum, ne timeatis, neque paueatis, neque formidetis à facie eorum.
4 Quia Iehouáh Deus veſter iturus eſt vobiſcum, vt pugnet pro vobis cum inimicis veſtris, vt ſeruet vos.
5 Et alloquentur præfecti populum, dicendo, Quis eſt vir qui ædificauit domum nouam, & non dedicauit eam? abeat, & reuertatur ad domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius dedicet eam.
6 Et quis eſt vir qui plantauit vineam, & non fecit eam communem? abeat, & reuertatur ad domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius communem faciat eam.
7 Et quis eſt vir qui deſpondit mulierem, & non accepit eam? abeat, & reuertatur domum ſuam, ne fortè moriatur in prælio, & aliquis alius accipiat eam.
8 Addent præterea præfecti alloqui populum, ac dicent, Quis eſt vir timidus, & tener corde? abeat, & reuertatur domum ſuam, ne diſſoluatur cor fratrum eius, ſicut cor illius.
9 Et erit, quum finem fecerint præfecti loquendi ad populum, tunc conſtituent principes turmarum in capite populi.
10 Quum acceſſeris ad vrbem *aliquam*, vt expugnes eam, clamabis ad eam pacem.
11 Et erit, ſi pacem reſponderit tibi, & apperuerit tibi, vniuerſus populus qui fuerit repertus in ea,

in ea, erunt tibi tributarii, ſeruiéntque tibi.
12 Si verò pacem non fecerit tecum, ſed faciat tecum prælium, obſederíſque eam.
13 Et dederit eam Iehouáh Deus tuus in manu tua, tunc percuties omnem maſculum eius à cie gladii.
14 Tantùm mulieres & paruulos, & animalia, & quicquid fuerit in vrbe, omnia ſpolia eius prædaberis tibi: comedéſque ſpolia inimicorum tuorum quos dederit tibi Iehouáh Deus tuus.
15 Sic facies omnibus vrbibus longinquis à te valde, quæ non ſunt de vrbibus gentium iſtarum.
16 Tantùm de vrbibus populorum iſtorum quos Iehouáh Deus tuus dat tibi in hæreditatem, non viuificabis vllam animam:
17 Sed perdendo perdes eos, Hitthæum, Emoræum, Chenaanæum, & Phærizæum, Hiuæum, & Iebuſæum, quemadmodum præcepit tibi Iehouáh Deus tuus:
18 Ne doceat vos facere ſecundum omnes abominationes ſuas quas faciunt diis ſuis, & peccetis in Iehouam Deum veſtrum.
19 Quum obſederis vrbem *aliquam* diebus multis pugnando aduerſus eam, vt capias eam, non diſperdes arbores eius, impellendo in eas ſecurim: quia ex illarum *fructibus* veſcêris: propterea ipſas non ſuccides (*eſt* enim *vita* hominis arbor agri) vt veniat à facie tua in obſidionem.
20 Veruntamen arbores quas noueris nō eſſe fructiferas, diſperdes & ſuccides: & ædificabis munitionem aduerſus vrbem illam quæ tecum dimicat, donec deſcendat ipſa.
CAP. 23. v. 9 Quum egreſſus fueris *in* caſtris contra inimicos tuos, caue ab omni re mala.
& 11 Appetente autem veſpera, lauabit ſe aqua: & quum occubuerit ſol, ingredietur caſtra.

## AD TERTIVM PRÆCEPTVM.

## *DE ILLICITIS NVPTIIS.*

*Leuit. cap.* XVIII. *verſ.* I.

LOquutus eſt autem Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
2 Alloquere filios Iſraél, & dic eis, Ego Iehouáh Deus veſter.
3 Secundum opus terræ Ægypti in qua habitaſtis, ne feceritis: neque ſecundum opus terræ Chenáan in quam ego introducturus ſum vos, faciatis: & in ſtatutis eorum ne ambuletis.
4 Iudicia mea facite, & ſtatuta mea obſeruate, vt ambuletis in eis: ego Iehouáh Deus veſter.

*Deut. cap.* VII. *verſ.* III.

NEque iunges te affinitate cum eis *gētibus*: filiam tuam nō dabis filio eius, & filiam eius non accipies filio tuo.
4 Auocabit enim filium tuum *ne eat* poſt me, & colent deos alienos: propterea iraſcetur furor Iehouæ in vos, & diſperdet te citò.
CAP. 22. v. 30 Non capiet quiſquam vxorem patris ſui, neque diſcooperiet oram patris ſui.

5 Cuſtodite autem ſtatuta mea, & iudicia mea: quæ faciet homo, & viuet in eis: ego Iehouáh.
6 Nemo ad vllam propinquam carnis ſuæ accedat ad reuelandam turpitudinem: ego Iehouáh.
7 Turpitudinem patris tui, & turpitudinem matris tuæ non reuelabis: mater tua eſt, non reuelabis turpitudinem eius.
8 Turpitudinem vxoris patris tui non reuelabis: turpitudo patris tui eſt.
9 Turpitudinem ſororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi, vel genita eſt foris: non reuelabis turpitudinem earum.
10 Turpitudinem filiæ filii tui, vel filiæ filiæ tuæ non reuelabis: quia turpitudo tua ſunt.
11 Turpitudinem filiæ vxoris patris tui, prolis patris tui, *quæ* ſoror tua eſt, non reuelabis.
12 Turpitudinem ſororis patris tui non reuelabis: *nam* conſanguinea patris tui eſt.
13 Turpitudinem ſororis matris tuæ non reuelabis: quia conſanguinea matris tuæ eſt.
14 Turpitudinem fratris patris tui non reuelabis, ad vxorem eius nō accedes: *nam* vxor fratris patris tui eſt.
15 Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis: vxor filii tui eſt, non reuelabis turpitudinem eius.
16 Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis, *quia* turpitudo fratris tui eſt.
17 Turpitudinem mulieris & filiæ eius non reuelabis: filiā filii eius, & filiam filiæ eius non

accipies ad reuelandum turpitudinem eius: conſanguineæ ſunt, ſcelus eſt.
18 Mulierem quoque cum ſorore ſua non accipies, ad affligendum, ad reuelandum turpitudinem eius, ea vidente in vita ſua.
19 Ad mulierem præterea in menſtruo immunditiæ ſuæ non accedes, reuelando turpitudinem eius.
20 Vxori proximi tui non dabis concubitum tuum in ſemine, vt polluaris cum ea.
21 Et è ſemine tuo ne des vt tranſire facias *idolo* Mólech, neque polluas nomen Dei tui: ego Iehouáh.
22 Cum maſculo autem ne concumbas concubitu mulieris: abominatio eſt.
23 Et cum nullo animali dabis coitum tuum, vt polluaris cum eo: neque mulier ſtabit ante animal vt coeat cum eo: turpitudo eſt.
24 Neque polluamini in omnibus his, per hæc enim omnia polluerunt ſe gentes quas ego eiecturus ſum à facie veſtra.
25 Polluta namque eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítque terra habitatores ſuos.
26 Cuſtodite itaque vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, tam indigena quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri.
27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra.)
28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam, quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos.
Cap.20.v.11 Et quicunque concubuerit cum vxore patris ſui, turpitudinem patris ſui reuelauit: moriendo morietur ambo, ſanguis eorum ſuper eos.
12 Vir autem qui coierit cum nuru ſua, moriendo morientur ambo: confuſionem fecerunt, ſanguis eorum ſuper eos.
13 Quicunque præterea coierit cum maſculo coitibus mulieris, abominationem fecerunt ambo: moriendo morientur, ſanguis eorum ſuper eos.
14 Qui verò acceperit mulierem & matrem eius, ſcelus eſt: igni comburent illum & illas, ne ſit ſcelus in medio veſtri.
15 Si quis autem dederit coitum ſuum in brutum, moriendo morietur, & iumentum occidetis.
16 Mulier autem que acceſſerit ad aliquod animal ad coeundum cum eo, occides mulierem & animal: moriendo morietur, ſanguis eorum ſuper eos.
17 Quiſquis verò acceperit ſororē ſuam filiam patris ſui, aut filiā matris ſuæ, & viderit turpitudinem eius, ipſáque viderit turpitudinem eius, opprobrium eſt: propterea ſuccidentur in oculis filiorum populi ſui: turpitudinem ſororis ſuæ reuelauit, iniquitatem ſuam feret.
18 Et quicunque dormierit cum muliere laborante, & reuelauerit turpitudinem eius, fontem eius diſcooperuerit, ipſa quoque reuelauerit fontem ſanguinis ſui: ſuccidentur ambo è medio populi ſui.
19 Turpitudinē ſororis matris tuæ, & ſororis patris tui non diſcooperies: quia propinquam ſuam nudauit, iniquitatem ſuam portabunt.
20 Quiſquis autem dormierit cum vxore fratris patris ſui, turpitudinem fratris patris ſui reuelauit, iniquitatem ſuam portabunt, orbati morientur.
21 Qui acceperit vxorem fratris ſui, opprobrium eſt: turpitudinem fratris ſui reuelauit, orbati erunt.
22 Cuſtodite itaque omnia ſtatuta mea, & omnia iudicia mea, & facite illa: & non euomet vos terra in quam introducturus ſum vos vt habitetis in ea.
23 Neque ambuletis in ſtatutis gentis quam ego eiecturus ſum à facie veſtra: omnia enim iſta fecerunt, & deteſtatus ſum eas.
24 Vobis autem dixi, Poſſidebitis terram eorum, & ego daturus ſum eam vobis vt hæreditate poſſideatis illam, terram fluentem lacte & melle: ego Iehouáh Deus veſter, qui ſeparaui vos à populis.

## *DE SCORTATIONE.*

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXIX.

NE polluas filiam tuam proſtituēdo eam, neque fornicetur terra, & impleatur ipſa ſcelere.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XVII.

NOn erit meretrix è filiabus Iſraél, neque erit ſcortum maſculum è filiis Iſraél.

DE

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0082

## DE STUPRO.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XVI.

QVum autē ſeduxerit quiſpiam virginem, quæ non eſt deſponſata, & coierit cum ea, dotando dotabit eam ſibi in vxorem.

17 Si renuendo renuerit pater eius dare eam illi, argētum appendet iuxta dotem virginum.

*Leuit. cap.* XXI. *verſ.* IX.

POrrò filia hominis ſacerdotis quum coeperit fornicari, patrem ſuum contaminat, igni comburetur.

*Deut. cap.* XXII. *verſ.* XIII.

QVum acceperit aliquis vxorem, & ingreſſus fuerit ad eam, atque odio habuerit eam,

14 Et impoſuerit ei occaſiones verborum, & infamauerit eam, dixerítque, Vxorem hanc accepi, & acceſſi ad eam, & non inueni in ea virginitatem:

15 Tunc accipiet pater puellæ & mater eius, & proferent *ſigna* virginitatis puellæ ad ſeniores
vrbis ad portam.

16 Dicétque pater puellæ ſenioribus, Filiā meam dedi viro huic in vxorē, & odio habet eā:

17 Et ecce ipſe impoſuit occaſiones verborū, dicendo, Nō inueni in filia tua virginitatem:
& en ſigna virginitatis filiæ meæ, & expandent veſtimentum coram ſenioribus ciuitatis.

18 Tunc apprehendent ſeniores eius vrbis virum, & flagellabunt eum,

19 Ac mulctabunt eum centum argenteis, quos dabunt patri puellæ, quoniam infamauit
virginem Iſraelis: habebítque eam vxorem, quam non poterit dimittere omnibus diebus ſuis.

20 Quòd ſi vera fuerit accuſatio iſta, *&* non inuenta fuerit virginitas in puella:

21 Tunc educent puellam ad oſtium domus patris ſui, & lapidabunt eā homines vrbis eius
lapidibus, ac morietur, quia fecit ſtultitiam in Iſraele, fornicando *in* domo patris ſui: atque
*ita* auferes malum è medio tui.

*&* 28 Quum quis inuenerit puellā virginem quæ deſponſata non ſit, & apprehenderit eam,
coierítque cum ea, & deprehenſi fuerint:

29 Tunc dabit vir ille qui coierit cum illa, patri puellæ quinquaginta argenteos, & erit illi
vxor, eo quòd afflixerit eam: non poterit eam dimittere omnibus diebus ſuis.

## DE ADULTERIO ET ZELOTYPIA.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* X.

VIr autem quum coierit cum muliere coitu ſeminis, & fuerit ancilla deſponſata viro, & redimēdo nō fuerit redempta, vel manumiſsio non fuerit data ei, vapulabunt: non morientur, quia non eſt libertate donata.

21 Adducet autem oblationē pro delicto ſuo Iehouæ ad oſtiū tabernaculi eccleſiæ, arietē *immolādū* pro delicto.

22 Et expiabit illū ſacerdos per arietē pro delicto corā Iehouáh, propter peccatū ſuū quod peccauit, & remittet ei peccatum ſuum quod peccauit.

CAP. 20. v. 10 Vir aūt qui adulteriū cōmiſerit cum vxore alicuius, qui *inquam* adulterium commiſerit cū vxore proximi ſui, moriēdo morietur adulter & adultera.

*Num. cap.* V. *verſ.* XI.

LOquutus eſt inſuper Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

12 Alloquere filios Iſraél, & dicas illis, Quum diuerterit vxor cuiuſquā, & præuaricata fuerit contra eum præuaricationem.

13 Et coierit aliquis cum ea coitu ſeminis: abſconditū autē fuerit ab oculis viri ſui, & delituerit, ipſáq; polluta fuerit, teſtis verò non fuerit contra eā, neque ipſa fuerit deprehenſa:

14 Et tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ, zelatúſque fuerit vxorem ſuam, & ipſa polluta fuerit: vel tranſierit ſuper eum ſpiritus zelotypiæ, zelatúſque fuerit vxorem ſuam, & ipſa non fuerit polluta.

15 Tunc adducet vir vxorem ſuam ad ſacerdotem, &

*Deut. cap.* XXII. *verſ.* XXII.

QVum quis deprehenſus fuerit coiēs cum muliere maritata marito, tunc morietur etiam ambo ipſi, vir coiens cum ea muliere, & mulier ipſa: atque *ita* auferes malum ex Iſraele.

23 Quum fuerit puella virgo deſponſata viro, & inuenerit eam aliquis in vrbe, coierítque cum ea:

24 Educetis vtrūque ad portam vrbis eius, & lapidabitis eos lapidibus, ac morietur: puellam quidem quòd nō clamauerit in vrbe *illa:* & virum, propterea quòd afflixit vxorē proximi ſui: atque *ita* auferes malum è medio tui.

25 At ſi in agro inuenerit vir puellā deſponſatā, & apprehēderit eā vir ille, & coierit

afferet oblationem eius cum illa, *nempe* decimam partem ephàh farinæ hordeaceæ: non fundet ſuper eam oleum, neque ponet ſuper eam thus, quia oblatio zelotypiarum eſt, oblatio memoriæ reuocans in memoriam iniquitatem.
16 Et appropinquare faciet eã ſacerdos, ſtatuétque eam coram Iehouáh.
17 Tollétque ſacerdos aquam ſanctã in vaſe teſtaceo: de puluere quoq; qui fuerit in pauimẽto tabernaculi tollet ſacerdos, & mittet in aquam illam:

cum ea: morietur vir qui coierit cum illa, ſolus.
26 Puellæ verò non facies quicquam: non *enim* eſt *illi* puellæ peccatum mortis: nam quemadmodum inſurgit quis in proximũ ſuum, & occidit eum anima, ſic ſe habet res iſta.
27 In agro enim inuenit eam: clamauit puella deſponſata, & nemo adfuit qui ſeruaret eam.

18 Tum ſtatuet ſacerdos mulierem corã Iehouáh, & diſcooperiet caput illius mulieris, ponétque ſuper manus eius oblationem memoriæ, *qua* oblatio zelotypiarum eſt: & in manu ſacerdotis erunt aquæ amaræ maledictæ.
19 Et adiurabit eam ſacerdos, dicétque illi, Si non coierit quiſpiam tecum, & ſi non declinaueris ad immunditiam ſub viro tuo: munda eſto ab aquis iſtis amaris maledictis.
20 Si verò declinaueris ſub viro tuo, & polluta fueris, dederítque aliquis in te ſemen ſuum præter virum tuum:
21 (Adiurabit inquam mulierem illã ſacerdos adiuratione maledictionis, & dicet mulieri) Det te Iehouáh in maledictionem & adiurationẽ in medio populi tui, quum dederit Iehouáh femur tuum cadens, & vterum tuum tumeſcentem.
22 Ingrediantúrque aquæ maledictæ iſtæ in interiora tua, vt tumeſcere faciant vterum, & cadere faciant femur. Et dicet mulier illa, Amen, amen.
23 Et ſcribet maledictiones iſtas ſacerdos in libro, & delebit *poſtea illas* cum aquis amaris:
24 Potúmque dabit mulieri aquas amaras maledictas, & ingredientur in eam aquæ maledictæ in amaras.
25 Poſtea capiet ſacerdos è manu mulieris oblationem zelotypiarum, & eleuabit illam coram Iehouáh, offerétque eam ſuper altare.
26 Tollet etiam ſacerdos *pugillum plenum* de oblatione ſuffitum eius, adolebítque illud ſuper altare, & poſtea potum dabit mulieri aquas.
27 Potum inquam dabit ei aquas illas: & erit, ſi polluta fuerit, præuaricatáque fuerit præuaricationem in virum ſuum: tũc ingredientur in eã aquæ maledictæ *verſæ* in amaritudinem, intumeſcétque vterus eius, & cadet femur eius: & erit mulier illa in maledictionem in medio populi ſui.
28 Quòd ſi non fuerit polluta mulier, ſed munda fuerit, munda erit, ſeminabitúrque ſemine.
29 Hæc eſt lex zelotypiarum, quum diuerterit mulier ſub viro ſuo, & polluta fuerit:
30 Aut viri ſuper quem tranſierit ſpiritus zelotypiæ, & zelatus fuerit vxorem ſuam, ſtatuerítque mulierem coram Iehouáh, ac fecerit ei ſacerdos *ſecundum* omnem legem hanc.
31 Et innocens erit vir ille ab iniquitate, mulier verò illa portabit iniquitatem ſuam.

## *DE COITU PRAETER NATURAM.*

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XIX.

QVicunque concubuerit cũ animali, moriendo morietur.

*Leuit. cap.* XVIII. *verſ.* XXII.

CVm maſculo autem ne concumbas concubitu mulieris: abominatio eſt.
23 Et cum nullo animali dabis coitum tuum, vt polluaris cum eo: neque mulier ſtabit ante animal vt coeat cum *eo*: turpitudo eſt.
24 Ne polluamini in omnibus his: per hæc enim omnia polluerunt ſe gentes quas ego eiecturus ſum à facie veſtra.
25 Polluta namque eſt terra, & viſitaui iniquitatem eius ſuper eam, euomuítque terra habitatores ſuos.
26 Cuſtodite itaque vos ſtatuta mea, & iudicia mea, & ne faciatis *aliquam* ex omnibus abominationibus iſtis, *tam* indigena, quàm peregrinus qui peregrinatur in medio veſtri:
27 (Omnes enim abominationes iſtas fecerunt homines terræ qui *fuerunt* ante vos, & polluta fuit terra.)
28 Et non euomet vos terra quòd contaminaueritis eam, quemadmodum euomuit gentem quæ fuit ante vos.

29 Quiſ-

29 Quiſquis enim fecerit *aliquam* ex omnibus abominationibus *iſtis*: tunc animæ quæ fecerint *talia*, excidentur è medio populi ſui.
30 Cuſtodite, inquam, cuſtodiam meam, ne faciatis *aliqua* è ſtatutis abominationum quæ facta ſunt ante vos, neque polluatis vos in illis: ego Iehouáh Deus veſter.
Cap. 20. v. 13 Quicunque præterea coierit cum maſculo coitibus mulieris, abominationem fecerunt ambo: moriendo morientur, ſanguis eorum ſuper eos.
& 15 Si quis autem dederit coitum in brutum, moriendo morietur, & iumentum occidetis.
16 Mulier item quæ acceſſerit ad aliquod animal ad coeundum cum eo, occides mulierem & animal: moriendo morientur, ſanguis eorum ſuper eos.

## DE DIVORTIIS.

*Deuter. cap.* XXIV. *verſ.* I.

SI acceperit vir mulierem, & coierit cum ea, accidat autem vt non inueniat gratiam in oculis eius, quòd inuenerit in ea turpitudinem aliquam, & ſcripſerit ei libellum repudij, ac poſuerit in manu eius, eiecerítque eam è domo ſua.
2 Et egreſſa è domo illius, abierit, ac nupſerit viro alteri:
3 Et ille quoque vir poſterior odio habuerit eam, atque ſcripſerit ei libellum repudij, poſuerítque in manu eius, ac eiecerit eam è domo ſua, aut ſi mortuus fuerit vir ille poſterior qui acceperat eam ſibi in vxorem:
4 Non poterit maritus eius prior qui eiecerat eam, iterum accipere eam vt ſit illi vxor, poſteaquam polluta eſt: quia abominatio eſt coram Iehoua, & non pollues terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi *in* hæreditatem.

## ALIAE LEGES CONNVBIALES.

*Exod. cap.* XXI. *verſ.* VII.

QVum autem vendiderit quiſpiam filiam ſuam in ancillam, non egredietur ipſa quemadmodum egredi ſolent ſerui.
8 Si diſplicuerit hero ſuo, qui non deſponſauit eam, redimere faciet eam: populo alieno non habebit poteſtatem vendendi eã, quòd ſpreuerit eam.
9 Quòd ſi filio ſuo deſpõderit eam, ſecundum morem filiarum faciet ei.
10 Si aliam acceperit illi, alimentum eius, operimentum eius, & tempus eius nõ diminuet.
11 Et ſi tria hæc non fecerit ei, egredietur gratis abſque argento.

*Leuit. cap.* XVIII. *verſ.* XIX.

AD mulierem præterea in menſtruo immunditiæ ſuæ non accedes, reuelando turpitudinem eius.
Cap. 20. v. 18 Et quicunque dormierit cum muliere laborante, & reuelauerit turpitudinem eius, fontem eius diſcooperuerit, ipſa quoque reuelauerit fontẽ ſanguinis ſui: ſuccidentur ambo è medio populi ſui.

*Deuter. cap.* XXI. *verſ.* X.

QVum egreſſus fueris ad bellum contra inimícos tuos, & dederit eos Iehouáh Deus tuus in manũ tuam, & ex eis captiuos abduxeris:
11 Videris autem in captiuitate mulierẽ pulchram forma, & deamaueris eam, & acceperis tibi in vxorem:
12 Introduces eam domum tuam, & radet caput ſuum, ac præcidet vngues ſuos,
13 Deponétque veſtimẽtum captiuitatis ſuæ à ſe, & manebit in domo tua, ac flebit patrẽ ſuum & matrem ſuã menſem integrum: & poſtea ingredieris ad eam, eríſque maritus eius, & erit tibi vxor.
14 Quòd ſi non complacueris tibi in ea, tum dimittes eam animæ ſuæ, nec vendendo vendes eam pecunia, neque negotiaberis de ea, quòd afflixeris eam.
Cap. 22. v. 5 Mulier non feret arma viri, neque induet vir veſtimentum muliebre: quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicunque hæc facit.
Cap. 24. v. 5 Quum quis acceperit vxorem nouam, non egredietur ad bellum, neque iniungetur illi vllum *publicum* negotium: immunis erit in domo ſua anno vno, & delectabit vxorem ſuam quam accepit.
Cap. 25. v. 5 Quũ habitauerint fratres pariter, & mortuus fuerit vnus ex eis, & filius nõ fuerit ei, non nubet vxor mortui extrà viro extraneo: cognatus eius ingredietur ad eam, & capiet

eam ſibi in vxorem, affinitatémque contrahet cum ea.
6 Erit autem, primogenitus quem peperit, ſtabit nomine fratris ſui defuncti, ne deleat nomen eius ex Iſraele.
7 Quòd ſi noluerit vir ille accipere cognatam ſuam, tunc aſcendet cognata eius ad portam ad Seniores, & dicet, Renuit cognatus meus ſuſcitare fratri ſuo nomen in Iſraele, non vult affinitatem contrahere mecum.
8 Tunc accerſent illum Seniores vrbis eius, & loquentur cum eo, & ſtabit, ac dicet, Nolui accipere eam.
9 Accedet poſtea cognata eius ad ipſum in oculis Seniorum, & ſoluet calceamentum eius à pede ipſius, & ſpuet in faciem eius, loquetùrque ac dicet, Sic fiet viro qui non ædificauerit domum fratris ſui.
10 Et vocabitur nomen eius in Iſraele, Domus diſcalceati.

## AD QVARTVM PRÆCEPTVM.

## *DE POENIS FVRTI.*

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* I.

QVum furatus fuerit quis bouem aut pecudem, & iugulauerit eũ: aut vendiderit illum: quinque boues reddet prò illo boue, & quatuor pecudes pro pecude illa.
2 Si in effoſione inuentus fuerit fur, & percuſſus fuerit, mortuúſque fuerit: non erit *percuſſor* morti obnoxius.
3 Si ortus fuerit ſol ſuper eũ, erit morti obnoxius, reddẽdo reddet: ſi non ſit ei, vendetur propter furtum ſuum.
4 Si deprehendatur in manu eius furtum, à boue vſque ad aſinum, vſque ad pecus: viua duo reddet.
5 Si depaſci fecerit aliquis agrum vel vineã, & immiſerit iumentum ſuum, pauerítque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

*Num. cap.* V. *verſ.* V.

LOquutus eſt præterea Iehouáh ad Moſéh, dicendo,
6 Alloquere filios Iſraél, Vir ſiue mulier quum fecerint *aliquod* ex omnibus peccatis hominum, præuaricando præuaricationem in Iehouam, & deliquerit anima illa:
7 Fatebuntur peccatum ſuum quod fecerũt, & reſtituet delictum ſuum in ſolidum, & quintam eius partem addet ſuper illam, dabítque ei in quem peccauerit.

## *DE SACRILEGIO.*

*Ioſuæ cap.* VII. *verſ.* X.

DIxítque Iehouáh ad Iehoſúa, Surge, vtquid tu cadis ſuper faciem tuam?
11 Peccauit Iſraél, & etiam tranſgreſsi ſunt pactum meũ quod præceperam eis, & etiam acceperunt de anathemate, & etiam furati ſunt, & etiam mentiti ſunt, & etiam poſuerunt inter vaſa ſua.
12 Ideo non poterunt filii Iſraél ſtare coram inimicis ſuis: ceruicem vertent coram inimicis ſuis, quia fuerunt in anathemate: nõ addam eſſe vobiſcum, niſi diſperdatis anáthema è medio veſtri.
13 Surge, præpara populum, & dicas, Præparate vos in craſtinũ: ſic enim dicit Iehoua Deus Iſraél, Anáthema eſt in medio tui Iſraél: nõ poteris ſtare coram inimicis tuis, donec abſtuleritis anáthema è medio veſtri.
14 Accedetíſque manè per tribus veſtras: & tribus quam deprehendet Iehouáh accedet per familias: & familia quam deprehendet Iehouáh, accedet per domos: & domus quam deprehendet Iehouáh, accedet per viros.
15 Qui autem deprehenſus fuerit in anathemate, comburetur igni, ipſe, & omnia quæ eius ſunt: quòd tranſgreſſus ſit pactum Iehouæ, quódque fecerit nefas in Iſraél.
16 Surrexit itaque Iehoſúa manè, & accedere fecit Iſraél per tribus ſuas, & deprehenſa eſt tribus Iehudáh.

17 Tum

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0086

17 Tum applicuit familiam Iehudáh,& deprehendit familiam Zarhi: applicuit deinde familiam Zarhi per viros,& deprehenſa eſt *familia* Zabdi.
18 Et applicuit domum eius per viros,deprehenſúſque eſt Achán filius Charmi, filii Zabdi, filii Zérah,de tribu Iehudáh.
19 Dixítque Iehoſúa ad Achán, Fili mi,da quæſo gloriam Iehouæ Deo Iſraél, & da ei confeſsionem,atque indica nunc mihi quid feceris:ne abſcondas à me.
20 Reſpondit achán ad Iehoſúa,& ait, Verè ego peccaui Iehouæ Deo Iſraél, & tale & tale feci.
21 Vidi inter ſpolia pallium Babylonicum quoddam bonum, & ducentos ſeclos argenteos, & virgam auream vnam, quinquaginta ſeclorum pondus eius,quæ concupiui,tulíque illa, & ecce abſcondita ſunt in terra in medio tabernaculi mei,& argentum ſub eo.
22 Tum miſit Iehoſúa nuntios, qui cucurrerunt ab tabernaculum: ecce abſconditum erat in tabernaculo eius,& argentum ſub eo.
23 Acceperunt ergo ea de medio tabernaculi, & attulerunt ea ad Iehoſúa, & ad omnes filios Iſraél,ſtatuerúntque ea coram Iehouáh.
24 Tollens igitur Iehoſúa Achán filium Zérah , & argentum, & pallium, & virgam auream, & filios eius,& filias eius,& boues eius,& aſinos eius,& pecora eius,& tabernaculum eius, & omnia quæ erãt eius: itaq; vniuerſus Iſrael,*qui erat* cum eo, deduxerũt ea in Vallẽ Achór.
25 Dixítque Iehouáh,Cur turbaſti nos? turbet te Iehouáh in die hac.& obruerunt eum vniuerſus Iſraél lapidibus,combuſſerúntque eos igni,ac lapidauerunt eos lapidibus.
26 Et ſtatuerunt ſuper eum aceruum lapidum magnum vſque in diem hanc: & auerſus eſt Iehouáh ab ira furoris ſui:ideo vocauit nomẽ loci illius, Vallem Achór,vſque ad diẽ hanc.

## DE EXTRANEIS INIVRIA NON *afficiendis.*

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XXI.

ET peregrino non inferes vim, nec opprimes eum: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.
22 Nullam viduã aut pupillum affligetis.
23 Si affligendo afflixeris eũ: quia ſi clamãdo clamauerit ad me, audiã calmorẽ eius,
24 Iraſcetúrque furor meus, & occidam vos gladio, eruútque vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.
CAP. 23. v. 9 Peregrinum non afficies anguſtiis: vos enim noſtis affectus peregrini,quãdoquidẽ peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXXIII.

SI autem peregrinatus fuerit tecum peregrinus in terra veſtra, non opprimetis illum.
34 Tanquã indigena ex vobis,erit vobis peregrinus qui peregrinatur apud vos, & dilige eũ ſicut teipſum: quia *& vos* peregrini fuiſtis in terra Ægypti: ego Iehouáh Deus veſter.

*Deut. cap.* X. *verſ.* XVII.

IEhouáh enim Deus veſter eſt, Deus deorum, & Dominus dominorũ,Deus magnus,potens & terribilis, qui non accipit perſonã, neque recipit munus.
18 Faciens iudicium pupillo & viduæ:diligens item peregrinum, dando ei panẽ & veſtimentum.
19 Diligite igitur peregrinũ: quia peregrini fuiſtis in terra Ægypti.

## DE MERCENARIIS NON FRAVDANDIS.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XIII.

NOn vim inferes proximo tuo, neque rapies. Non morabitur opus mercenarij apud te vſque mané.

*Deut. cap.* XXVI. *verſ.* XVI.

NOn vim inferes mercenario pauperi, & egeno, *tam* de fratribus tuis quàm de peregrinis tuis qui ſunt in terra tua intra portas tuas.
15 In die ſuo dabis mercedem eius: neque occumbet ſuper eam ſol,quoniam pauper eſt, & cum ea ſuſtẽtat animam ſuam: ne clamet contra te ad Iehouam,& ſit in te peccatum.
CAP.25.v. 4 Non obturabis *os* bouis quando triturat ipſe.

## DE AEQVIS PONDERIBVS.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXXV.

NOn facietis iniquitatem in iudicio, in menſura *magna*, in pondere, & in menſura *parua*.

36 Statera iuſta, pondera iuſta, Epha iuſtum & Hin iuſtum erit vobis: ego Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti.

*Deut. cap.* XXV. *verſ.* XIII.

NOn erit tibi in loculo tuo pondus & põdus, maius & minus.

14 Non erit tibi in domo tua modius & modius, maior & minor.

15 Pondus perfectum & iuſtũ erit tibi: modius perfectus & iuſtus erit tibi, vt prolōgent dies tuos ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi:

16 Quia abominatio Iehouæ Dei tui eſt quicunque facit hæc, omnis faciēs iniquitatē.

## DE TERMINO MOTO.

*Deut. cap.* XIX. *verſ.* XIV.

NOn apprehendes terminum proximi tui, quem terminauerunt priores in hæreditate tua quam poſsidebis in terra, quam Iehouáh Deus tuus dat tibi vt poſsideas eam.

## DE REBVS AMISSIS.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* IX.

SVper omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento, ſuper omni re amiſſa, quum dixerit *quiſpiam* hoc eſſe: vſque ad iudices veniet cauſa vtriuſque: is quem condemnauerint iudices, reddet duplum proximo ſuo.

## DE ABERRANTIBVS PECVDIBVS.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* V.

SI depaſci fecerit aliquis agrũ, vel vineam, & immiſerit iumentum ſuum, pauerítque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

CAP.23.V.4 Si occurreris boui eius qui eſt inimicus tibi, aut aſino eius erranti: reducēdo reduces eum illi.

5 Si videris aſinum odio habentis te decumbētem ſub onere ſuo, & deſines auxiliari ei: auxiliando auxiliaberis vnà cum illo.

*Deut. cap.* XXII. *verſ.* I.

NOn videbis bouē fratris tui aut agnum eius aberrantes, & abſcondes te ab eis: *ſed* reducēdo reduces eos ad fratrem tuum.

2 Etiamſi non fuerit propinquus frater tuus tibi, neque noueris illum, colliges tamen illos in domum tuam, & erunt tecum donec requirat frater tuus illos, & reſtitues eos illi.

3 Et ſic facies de aſino eius, ſic facies & de veſtimento eius, ſic item facies de omni re amiſſa fratris tui quæ perierit ab eo, & inueneris illam: non occultabis te *ab illis*.

4 Non videbis aſinum fratris tui aut bouem eius iacentes in via, & abſcondes te ab eis: erigendo eriges cum eo.

## DE CORRVPTIS IVDICIIS.

*Exod. cap.* XXIII. *verſ.* III.

ET pauperem nõ honorabis in cauſa ſua.

& 6 Et non peruertes iudicium pauperis tui in lite eius.

& 8 Nec mun⁹ accipies: quia munus excæcat videntes, & peruertit verba iuſtorum.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XV.

NOn facies iniquitatem in iudicio, non ſuſcipies faciem pauperis, neque honorabis faciem magni: in iuſtitia iudicabis proximũ tuum.

*Deut. cap.* XVI. *verſ.* XIX.

NOn inclinabis iudicium, non agnoſces perſonam, neque capies munus: quia munus excæcat oculos ſapientum, & deſtruit verba iuſtorum.

20 Iuſtitiam, iuſtitiam ſequêris, vt viuas, & poſsideas

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0088

deas terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.

CAP.24.V.17 Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neque capies in pignus veſtimentum viduæ.

## DE INCENDIO FORTVITO.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* VI.

QVum egreſſus fuerit ignis, & inuenerit ſpinas, abſumptúſque fuerit aceruus, vel ſeges, vel ager: reddendo reddet qui ignem accenderit, combuſtionem.

## DE PLAGIO.

*Exod. cap.* XXI. *verſ.* XVI.

QVi autem furatus fuerit aliquem, vendiderítque illum: & inuentus fuerit in manu eius, moriendo moriatur.

*Deut. cap.* XXIV. *verſ.* VII.

SI deprehēſus fuerit aliquis qui furatus fuerit animam è fratribus ſuis è filiis Iſraél, & negotiatus fuerit cum eo, aut vendiderit eum: morietur fur ille, & auferes malum è medio tui.

## DE SERVO FVGITIVO.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XV.

NOn trades ſeruum domino ſuo, qui eruerit ſe ad te à domino ſuo:
16 Tecum habitabit in medio tui, in loco quem elegerit in vna vrbium tuarum, vbicúque placuerit ei: non vim inferes ei.

## DE FRVCTVVM COLLECTIONE.

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* IX.

QVum meſſueritis meſſem regionis veſtræ, nō finies metere angulum agri tui, & collectionem meſsis tuæ non colliges.

10 Et vineam tuam non racemabis, neque grana vineæ tuæ colliges, pauperi & peregrino relinques ea: ego Iehouáh Deus veſter.

CAP.23.V.22 Et quū metetis meſſem regionis veſtræ, nō finies metere angulum agri tui, nec collectionem meſsis tuæ colliges: pauperi & peregrino relinques eam: ego Iehouáh Deus veſter.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XXIV.

QVum ingreſſus fueris vineam proximi tui, comedes vuas pro deſiderio tuo *ad* ſaturitatem tuam: at in vaſe tuo non pones.

25 Quum ingreſſus fueris ſegetem proximi tui, decerpes ſpicas manu tua: at falcem non eleuabis in ſegetem proximi tui.

CAP.24.V.18 Sed recordare quòd ſeruus fueris in Ægypto, & redemerit te Iehouáh Deus tuus inde: idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

19 Quum meſſueris meſſem tuam in agro tuo, & oblitus fueris manipulum aliquem in agro, non reuertêris ad recipiendum illum: peregrino, pupillo, & viduæ erit, vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in omni opere manuum tuarum.

20 Quum excuſſeris oliuas tuas, non ſcrutaberis ramos *quos reliqueris* poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

21 Quum vindemiaueris vineam tuam, non colliges racemos poſt te: peregrino, pupillo, & viduæ erit.

22 Et memento quòd ſeruus fueris in terra Ægypti: idcirco præcipio tibi vt facias hāc rem.

## DE CONTRACTIBVS. DE MVTVO.

*Deut. cap.* XV. *verſ.* I.

SEptimo quoque anno facies remiſsionem.
2 Hæc autem *eſt* ratio remiſsionis, vt remittat omnis qui mutuum dederit manu ſua, *id quod* mutuum dederit amico ſuo: non repoſcet ab amico ſuo, aut à fratre ſuo, quia proclamata eſt remiſsio Iehouæ.

3 Ab alienigena repoſces: at quod fuerit tibi apud fratrem tuum,remittet manus tua:
4 In tantum vt non ſit in te mendicus, quia benedicendo benedicet tibi Iehouáh in terra
quam ipſe Deus tuus dat tibi in hæreditatem vt poſsideas eam:
5 Sed *ita* duntaxat ſi obediendo obedieris voci Iehouæ Dei tui , ita vt cuſtodias faciendo o-
mne præceptum iſtud quod ego præcipio tibi hodie.
6 Nam Iehouáh Deus tuus benedicet tibi quemadmodum dixit tibi: tũ mutuò accepto pi-
gnore dabis gentibus multis:tu autem non accipies mutuò:& dominaberis gentibus mul-
tis,at tibi non dominabuntur.
7 Si fuerit apud te mendicus quiſpiam è fratribus tuis,in vna è portibus tuis in terra tua
quam Iehouáh Deus tuus dat tibi , non indurabis cor tuum, neque claudes manum tuam à
fratre tuo mendico:
8 Sed aperiendo aperies illi manum tuam,& accepto pignore mutuãdo mutuabis ei ad ſuf-
ficientiam vſque,id quo indiguerit.
9 Caue tibi ne ſit quidpiam in corde tuo impium,dicendo,Propinquus eſt annus ſeptimus,
annus remiſsionis:& malignus *ſit* oculus tuus in fratrem tuum mẽdicum, ita vt non des ei,
clamet autem contra te ad Iehouam,& erit in te peccatum.
10 *Sed* dando dabis ei,neque malignum erit cor tuum quum dederis ei:quia huius rei gratia
benedicet tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus operibus tuis , & in omni re quam tracta-
ueris.
11 Non enim deerit mendicus de medio terræ: idcirco præcipio tibi,dicendo, Aperiendo a-
peries manum tuam fratri tuo,*id eſt* pauperi tuo,& mendico tuo in terra tua.

## DE PIGNORE.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XXVI.

SI in pignus acceperis veſtimẽtum proximi tui , antequam occubuerit ſol reſtitues illud ei,

27 Quia ipſum ſolum eſt operimentum eius, illud veſtimentum eius eſt cuti ſuæ, in quo dormiat : & erit , quum clamauerit ad me, tunc exaudiam:ſum enim miſericors.

*Deuter. cap.* XXIV. *verſ.* VI.

NOn accipiet *quiſquam* pro pignore metã & catillum: quoniam animam ipſe acciperet pro pignore.

& 10 Quum mutuaueris proximo tuo mutuũ aliquod, nõ ingredieris domum eius, vt capias pignus eius:

11 Foris ſubſiſtes: & vir cui mutuaueris,efferet ad te pignus foras.

12 Quòd ſi vir pauper fuerit,non dormies cum pignore eius.

13 Reſtituendo reſtitues illi pignus illud quum occubuerit ſol, vt dormiat in veſtimẽto ſuo, & benedicat tibi: tibíque erit iuſtitia coram Iehoua Deo tuo.

& 17 Non peruertes iudicium peregrini, pupilli, neque capies in pignus veſtimentum viduæ.

## DE FOENORE.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XXV.

SI pecuniam mutuam dederis populo meo , pauperi qui eſt tecum,non eris ei ſicut vſurarius,non imponetis ei vſuram.

*Leuit. cap.* XXV. *verſ.* XXXV.

QVum autem attenuatus fuerit frater tuus, & nutauerit manus eius apud te, apprehendes illũ: *ſicut* peregrinus & aduena viuet tecũ.

36 Ne accipias vſuram ab eo & augmentum, ſed timebis *tibi* à Deo tuo, viuétque frater apud te.

37 Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, nec cum augmento dabis eſcam tuã.

*Deut. cap.* XXIII. *verſ.* XIX.

NOn fœnerabis fratri tuo fœnus pecuniæ , fœnus cibi , fœnus cuiuſcũque rei quæ fœnori dari ſolet.

20 Extraneo fœnerabis , at fratri tuo non fœnerabis: vt benedicat tibi Iehouáh Deus tuus in cũctis ad quæ extenderis manum tuã ſuper terram ad quam ingrederis vt poſsideas eam.

## DE VENDITIONE.

*Exod. cap.* XXI. *verſ.* I.

HÆc autẽ ſunt iudicia quæ pones coram eis.

2 Si eme-

*Leuit. cap.* XXV. *verſ.* XIII.

ANno Iobél iſto reuertemini ſinguli ad poſſeſ-

*Deut. cap.* XV. *verſ.* XII.

SI venditus fuerit tibi frater tuus Hebræus , vel He-



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0090

2 Si emeris ſeruũ Hæbreũ, ſex annis ſeruiet: at ſeptimo egredietur liber gratis.
3 Si cũ corpore ſuo ingreſſus fuerit, cum corpore ſuo egredietur: ſi *verò* maritus mulieris erat, egredietur & vxor eius ſecum.
4 Si herus eius dederit ei vxorẽ, & pepererit ei filios vel filias, vxor & filii eius erũt heri ſui: ipſe verò egredietur cum corpore ſuo.
5 Quòd ſi dicendo dixerit ſeruus, Diligo herum meũ, vxorem meã, & filios meos, non egrediar liber:
6 Tunc adducet eum herus ſuus ad iudices, & adducet eum præterea ad oſtium, vel ad poſtẽ, perforabítque herus eius aurem eius ſubula, & ſeruiet ei in ſeculum.

ſionem ſuam.
14 Qúmque vendideris vẽditionem proximo tuo, aut emeris è manu proximi tui, ne opprimatis ſinguli fratrem ſuum.
15 Secundum numerum annorum poſt iobél emes à proximo tuo: ſecũdum numerum annorum fructuum vendet tibi.
16 Iuxta multitudinem annorum multiplicabis emptionem eius, & iuxta diminutionẽ annorũ minues emptionẽ eius: numerũ enim fructuum ipſe vendit tibi.
17 Ne igitur opprimatis quiſque proximum ſuum: ſed timebis à Deo tuo: quia ego Iehouáh Deus veſter.
18 Et facite ſtatuta mea, iudiciáque mea ſeruate & facite illa, & habitabitis ſuper terrã illam cõfidenter.
& 23 Terra autem non vendetur abſolutè: quia mea eſt terra: vos enim peregrini & aduenæ eſtis apud me.
24 In vniuerſa autem terra poſſeſsionis veſtræ, redemptionem dabitis terræ.
25 Quum attenuatus fuerit

bræa, & ſeruierit tibi ſex annis, anno ſeptimo dimittes eum liberum à te.
13 Et quum dimittes eum liberum à te, non dimittes eum vacuum:
14 Onerando onerabis eum de pecudibus tuis, & de area tua, & de torculari tuo, in quibus benedixerit tibi Iehouáh Deus tuus, dabis ei.
15 Et recordaberis quòd ſeruus fuiſti in terra Ægypti, & redemerit te Iehouáh Deus tuus, idcirco ego præcipio tibi hoc hodie.
16 Quòd ſi dixerit tibi, Non egrediar à te: propterea quòd diligat te & domum tuam, *&* quòd bonum *ſit* ei tecum:
17 Tunc accipies ſubulam, & pones in aure eius, & in porta: erítque tibi ſeruus in ſeculum ſic.
18 Non ſit durum in oculis tuis, quum dimittes eum liberũ à te: quia duplo mercedis mercenarii ſeruiuit tibi ſex annis: & benedicet tibi Iehouáh Deus tuus in omnibus quæ facies.

frater tuus, & vendiderit *aliquid* de poſſeſsione ſua, tunc veniet redemptor eius propinquus ipſi, & redimet venditionem fratris ſui.
26 Et ſi non fuerit viro redemptor, ſed apprehenderit manus eius, & inuenerit quod ſufficit ad eius redemptionem:
27 Tunc ſupputabit annos venditionis ſuæ, & reſtituet quod ſupereſt viro cui vendidit, & reuertetur ad poſſeſsionem ſuam.
28 Si verò non inuenerit manus eius quod ſufficiat ad reddendum illi, tum erit vẽditio eius in manu eius qui emit illam, vſque ad annũ iobél: at egredietur in iobél: reuertetúrque ad poſſeſsionem ſuam.
29 Vir autem quum vendiderit domum habitationis *in* vrbe murata, erit redemptio eius donec compleatur annus venditionis eius: anno vno erit redemptio eius.
30 Quòd ſi non redimatur donec impleatur illi annus integer, remanebit domus quæ fuerit in ciuitate cui eſt murus, abſolutè ementi illam in generationibus eius: non egredietur in iobél.
31 Domus autem villarum quibus non eſt murus in circuitu, ſecũdum agrum terræ æſtimabitur: redemptio erit ei, & in iobél egredietur.
32 Vrbium autem Leuitarum *&* domorum vrbium poſſeſsionis eorum, redemptio perpetua erit Leuitis.
33 Qui autem emerit à Leuitis, egredietur vẽditio domus & vrbis poſſeſsionis eius in iobél: quia domus vrbium Leuitarum eſt poſſeſsio eorum in medio filiorum Iſraél.
34 Ager autem ſuburbii vrbium eorum non vendetur: quia poſſeſsio perpetua eſt illis.
& 38 Ego Iehouáh Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti, vt darem vobis terram Chenáan, vt eſſem vobis in Deum.
39 Si verò attenuatus fuerit frater tuus apud te, ita vt vendat ſe tibi, non vtêris opera eius *tanquam* ſerui opera.
40 Tanquam mercenarius, tanquam aduena erit tecum: vſque ad annum iobél ſeruiet tibi.
41 Egredietur autem à te ipſe & liberi eius ſecum, at reuertetur ad familiam ſuam, & ad

poſſeſsionem patrum ſuorum reuertetur.
42 Sunt enim ſerui mei, quos eduxi è terra Ægypti: non vendentur venditione ſeruili.
43 Non dominaberis illi durè, ſed timebis à Deo tuo.
44 Seruus autē tuus & ancilla tua qui erunt tibi, de Gentibus *erunt* quæ ſunt in circuitu veſtro, ex eis emetis ſeruum & ancillam.
45 Et etiam de filiis incolarum qui verſantur apud vos, emetis, & de familia eorum qui apud vos ſunt, quos procreauerunt in terra veſtra, erúntque vobis in poſſeſsionem.
46 Et iure hæreditario poſsidebitis eos pro filiis veſtris poſt vos, ad poſsidendum poſſeſsionem: in perpetuum vtemini opera eorum: fratribus autē veſtris filiis Iſraél, quiſque fratri ſuo non dominabitur duré.
47 Si autem adepta fuerit manus peregrini & aduenæ qui eſt apud te, & attenuatus fuerit frater tuus qui apud illum *verſatur*, ſéque vendiderit peregrino *&* aduenæ qui eſt apud te, vel ſtirpi familiæ peregrini:
48 Poſtquam vendiderit ſe, redemptio erit ei: vnus è fratribus eius redimet eum:
49 Aut patruus eius, aut filius patrui eius redimet eum: aut propinquus carnis eius, è familia eius, redimet eum: aut *ſi* adepta fuerit manus eius, tum redimet ſeipſum.
50 Et ſupputabit cum eo qui emit ipſum ab anno quo ſe vēdidit illi, vſque ad annum iobél: æſtimabitúrque pecunia venditionis eius ſecundum numerum annorum, *&* ſecundum dies mercenarii fiet cum eo.
51 Si adhuc multi fuerint anni, ſecundum eos reſtituet redemptionem ſuam de argento venditionis ſuæ.
52 Quòd ſi parum reliquum ſit ex anni vſque ad annū iobél, tunc ſupputabit cum eo: *&* iuxta annos ſuos reſtituet redemptionem ſuam.
53 Tanquam mercenarius annuus erit cum illo: non dominabitur ei durè in oculis tuis.
54 Si verò non ſe redemerit in illis, egredietur in anno iobél, ipſe & filii eius cum eo:
55 Quia mihi ſunt filii Iſraél ſerui, ſerui mei ſunt quos eduxi è terra Ægypti: ego Iehouáh Deus veſter.

## DE COMMODATO.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* XIV.

QVúmque commodato acceperit quiſpiam à proximo ſuo, & cōfractum fuerit, aut mortuum, domino eius abſente, reddendo reddet.
15 Si *verò* dominus eius fuerit cum eo, non reddet: *&* ſi conductum fuerit, veniens pro mercede ſua.

## DE DEPOSITO.

*Exod. cap.* XXII. *verſ.* VII.

QVum dederit quiſpiam proximo ſuo argentum vel vaſa ad cuſtodiendum, & furto ablatū fuerit è domo viri illius: ſi inuentus fuerit fur, reddet duplum:
8 Si non inuentus fuerit fur, tunc applicabitur dominus domus ad iudices, *iuraturus* an non miſerit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui.
9 Super omni re præuaricationis, ſuper boue, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento, ſuper omni re amiſſa, quum dixerit *quiſpiam* hoc eſſe: vſque ad iudices veniet cauſa vtriuſque: is quem condemnauerint iudices, reddet duplum proximo ſuo.
10 Si dederit quis proximo ſuo aſinum, vel bouem, vel pecus, aut quodcunque *aliud* animal ad cuſtodiendum, & mortuum fuerit, aut confractum, aut ab hoſtibus abductum nemine vidente:
11 Iuramentum Iehouæ erit inter vtrunque, an non miſerit manum ſuam in ſubſtātiam proximi ſui: & ſuſcipiet *iuramentum* dominus eius, & non reddet.
12 Quòd ſi furando furtum ablatum fuerit ei, reddet domino eius.
13 Si verò rapiendo raptum fuerit, afferet illi teſtem, raptum non reddet.

## DE HAEREDIBVS.

*Num. cap.* XXVI. *verſ.* I.

VEruntamē ſorte diuidetur terra, per nomina tribuū patrū ſuorū hereditatē accipiēt.

56 Secun-

*Deut. cap.* XXI. *verſ.* XV.

QVum fuerint viro duæ vxores, vna dilecta, & altera exoſa: & pepererint ei filios,

56 Secundum ſortes diuidetur hæreditas eius inter multum & paucum.

Cap.27.v.1 Acceſſerũt autẽ filiæ Selophhád filii Hépher, filii Giláh, filii Machir, filii Menaſſéh, de familiis Menaſſéh filii Ioséph: hæc verò ſunt nomina filiarum eius, Mahláh, Noáh, & Hogláh, & Milcháh, & Thirſáh.

2 Hæ ſteterunt coram Moſéh & coram Elazár ſacerdote, & coram principibus, atque vniuerſa congregatione, ad oſtium tabernaculi eccleſiæ, dicendo,

dilecta & exoſa: fuerit autẽ filius primogenitus exoſæ:

16 Die quo hæredes inſtituet filios ſuos eorũ quæ habuerit, non poterit dare ius primogenituræ filio dilectæ ante filiũ exoſæ primogenitum:

17 Sed primogenitum filium exoſæ agnoſcet, vt det ei menſuram duorum ex omnibus quæ habuerit: ipſe enim eſt principium fortitudinis eius, ipſius eſt ius primogenituræ.

3 Pater noſter mortuus eſt in deſerto, qui tamen non fuit in congregatione, quæ cõgregata fuit aduerſus Iehouam in congregatione Córah: quia in peccato ſuo mortuus eſt, & filii non fuerunt ei.

4 Quare tolletur nomen patris noſtri de medio familiæ ſuæ, propterea quòd non ſit ei filius? da nobis hæreditatem inter fratres patris noſtri.

5 Retulit autem Moſéh cauſam earum coram Iehoua.

6 Et reſpondit Iehouáh ad Moſéh, dicendo,

7 Rectum filiæ Selophhád loquuntur: dando dabis eis poſſeſsionem hæreditatis in medio fratrum patris ſui, & transferas hæreditatem patris earum ad eas.

8 Ad filios autem Iſraél loquêris, dicẽdo, Quum quis mortuus fuerit, & filius nõ fuerit illi, tum transferetis hæreditatem eius ad filiam ipſius.

9 Quòd ſi non fuerit ei filia, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus ipſius.

10 Si verò non fuerint illi fratres, tunc dabitis hæreditatem eius fratribus patris ipſius.

11 Quòd ſi non fuerint fratres patri ipſius, tunc dabitis hæreditatẽ eius propinquiori illi de familia ipſius, hæreditatéque accipiet illam: erit autem *iſtud* filiis Iſraél in ſtatutum iudicii, quemadmodum præcepit Iehouáh Moſéh.

12 Dixit præterea Iehouáh ad Moſéh, Aſcende in montem Abarím iſtum, & vide terram quam dedi filiis Iſraél.

Cap.33.v.54 Poſsidebitis autem terram illam per ſortem, per familias veſtras pluribus multiplicabitis hæreditatem eorum, & paucioribus diminuetis hæreditatem eorum: in *loco* in quo egredietur illi ſors, erit illi: per tribus patrum veſtrorum hæreditatem capietis.

55 Quòd ſi non expuleritis habitatores terræ à facie veſtra, tũ erit vt quos reliqueritis ex eis, *ſint* in cultros in oculis veſtris, & in ſpinas in lateribus veſtris, & affligent vos ſuper terram in qua vos habitabitis.

Cap.36.v.1 Acceſſerunt verò principes patrũ è familia filiorum Gilád filii Machír, filii Menaſſéh de familiis filiorum Ioséph: & loquuti ſunt corã Moſéh, & coram principibus capitibus patrum filiorum Iſraél:

2 Ac dixerunt, Domino meo præcepit Iehouáh vt daret terram in poſſeſsionem ſorte filiis Iſraél: *ſimul* etiam domino meo præceptũ eſt à Iehouáh vt daret poſſeſsionem Selophhád fratris noſtris filiabus eius.

3 Quæ ſi aliqui de filiis *aliarum* tribuum filiorum Iſraél dentur in vxores, minuetur hæreditas earum ab hæreditate patrum noſtrorum, addetúrque *id* hæreditati tribus *eorum* quibus nupſerint, & de ſorte hæreditatis noſtræ minuetur.

4 Quúmque fuerit iobél filiis Iſraél, addetur hæreditas earum hæreditati tribus *eorum* quibus nupſerint: atque *ita* de hæreditate tribus patrum noſtrorum detrahetur hæreditas earum.

5 Præcepit itaque Moſéh filiis Iſraél iuxta ſermonem Iehouæ, dicendo, Rectum tribus filiorum Ioſéph loquitur.

6 Hoc eſt quod præcepit Iehouáh de filiabus Selophhád, dicendo, Vt placebit illis, ſint in vxores: veruntamen familiæ tribus patris ſui ſint in vxores.

7 Ne transferatur hæreditas filiorum Iſraél de tribu ad tribum *aliam*: nam filii Iſraél ſinguli adhærebunt hæreditati tribus patrum ſuorum.

8 Et omnis filia quæ poſſederit hæreditatem de tribubus filiorũ Iſraél, vni de familia tribus patris ſui erit in vxorem, vt poſsideant filii Iſraél ſinguli hæreditatem patrum ſuorum.

9 Ne transferatur poſſeſsio de tribu ad tribum aliam: ſed ſinguli ex tribubus filiorũ Iſraél hæreditati ſuæ adhærebunt.

# AD QVINTVM PRÆCEPTVM.

## DE TESTIBVS.

*Leuit. cap* v. *verſ.* I.

QVum autem anima peccauerit, id eſt audierit vocem iuramenti, & ipſe ſit teſtis *quòd* aut viderit, aut ſciuerit, niſi renuntiauerit, feret pœnam iniquitatis ſuæ.

*Deut. cap.* XVII. *verſ.* VI.

IN ore duorum teſtium, vel trium teſtium interficietur qui moriturus eſt: non *autem* interficietur in ore teſtis vnius.

7 Manus teſtium erit primùm in illum ad interficiẽdum illum, & manus vniuerſi populi poſtea: & ita auferes malum è medio tui.

CAP. 19. V. 15 Non ſtabit teſtis vnus contra quenquam in quacunque iniquitate, & in quocũque peccato, in quocunque *inquam* peccato quod peccauerit: in ore duorum teſtium aut in ore trium teſtium ſtabit verbum.

16 Quum ſteterit teſtis mendax contra aliquem vt teſtificetur contra eum verbum peruerſum.

17 Tunc ſtabunt duo illi homines quibus eſt lis, coram Iehouáh, *id eſt* coram Sacerdotibus & Iudicibus qui fuerint in diebus illis:

18 Et inquirent Iudices diligenter: & ſi teſtis ille eſt teſtis mendax, mendacium teſtificatus eſt contra fratrem ſuum:

19 Facietis ei quemadmodum cogitauit facere fratri ſuo, & *ita* auferes malum è medio tui.

20 Et qui remanſerint, audient, ac timebunt, nec addent facere vltrà malum ſimile huic in medio tui:

21 Neque parcet oculus tuus, animam pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede.

## SANCTIO LEGIS POLITICÆ.

*Deut. cap.* IV. *verſ.* I.

NVnc ergo ô Iſraél, audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos, vt faciatis, vt viuatis: atque ingrediamini, & poſsideatis terram quam Iehouáh Deus patrum veſtrorum dat vobis.

2 Non addetis ad verbum quod ego præcipio vobis, neque diminuetis *quicquam* ex eo, vt cuſtodiatis præcepta Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.

3 Oculi veſtri viderunt quæ fecit Iehouáh propter Baál-péor: omnem enim hominem qui perrexerat poſt Baál-péor, perdidit Iehouáh Deus tuus è medio tui.

4 Vos autem qui adhæſiſtis Iehouæ Deo veſtro, viuitis vniuerſi hodie.

5 Videte, docui vos ſtatuta & iudicia, quemadmodum præcepit mihi Iehouáh Deus meus, vt ita faciatis in medio terræ ad quam vos ingredimini, vt eam poſsideatis.

6 Cuſtodite ergo, & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra in oculis populorum, qui audient omnia ſtatuta iſta, & dicent, Vtique populus ſapiens & intelligens, gens magna iſta.

7 Quæ enim eſt gens *ita* magna cui ſint dii propinqui, ſicut eſt Iehouáh Deus noſter in cunctis pro quibus inuocauerimus eum?

8 Et quæ eſt gens *ita* magna, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta, ſicut eſt vniuerſa Lex iſta quam ego do coram vobis hodie?

9 Veruntamen caue tibi, & cuſtodi animam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris rerum quas viderunt oculi tui, néve recedant à corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & doceas ea filios tuos & filios filiorum tuorum.

10 Die quo ſtetiſti coram Iehouáh Deo tuo in Horéb, quum diceret Iehouáh mihi, Congrega mihi populũ, vt recenſeam illis verba mea, quæ diſcent, vt timeant me omnibus diebus quibus vixerint ſuper terram, & filios ſuos doceant.

11 Itaque acceſsiſtis, & ſtetiſtis ſub monte (mons autem ille ardebat igni vſque ad medium cæli, tenebræ, nubes, & caligo)

12 Et loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborum vos audiebatis, at imaginem *vllam* non videbatis præter vocem.

13 Et renuntiauit vobis pactum ſuũ quòd præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcripſit illa in duabus tabulis lapideis.

14 Mihi

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0094

14 Mihi quoque præcepit Iehouáh eodem tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt fa-
ceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſsideatis eam.

## SANCTIONES LEGIS DIVINÆ.

### *In genere.*

*Deut. cap.* VI. *verſ.* VI.

ERúntque verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo:
7 Et repetes ea filiis tuis, & loqueris de eis quando ſedebis in domo tua, & quando am-
bulabis per viam, & quando iacebis in lecto, & quando ſurges.
8 Ligabíſque ea in ſignum in manu tua, & erunt in frontalia inter oculos tuos.
9 Scribes quoque illa in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.
CAP. 11. v. 18 Sed ponite verba mea hæc in corde veſtro, & animo veſtro, atque ea ligate in ſi-
gnum in manu veſtra, síntque in frontalia inter oculos veſtros.
19 Et docete ea filios veſtros, vt loquamini de eis quum ſedebis in domo tua, & quum am-
bulabis per viam, quúmque iacebis in lecto, & cùm ſurges.
20 Scribes quoque ea in poſtibus domus tuæ, & in portis tuis.
CAP. 29. v. 29 Abſcondita Iehouæ Dei noſtri *ſunt*: & reuelata noſtra ſunt & filiorũ noſtrorum
vſque in ſeculum, vt faciamus omnia verba Legis huius.
CAP. 30. v. 10 Si tamen obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo præcepta eius, & ſtatuta
eius, ſcripta in hoc libro Legis: quum cõuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum toto corde
tuo & tota anima tua.)
11 Nam hoc præceptum quod præcipio tibi hodie, non eſt occultum à te, neque remo-
tum eſt.
12 Non in cælo eſt, vt dicas, Quis aſcendet *pro* nobis in cælum, vt tollat illud nobis, & reci-
tet nobis illud, vt impleamus illud?
13 Neque trans mare eſt, vt dicas, Quis transfretabit *pro* nobis mare, vt afferat illud nobis, &
recitet nobis, vt impleamus illud?
14 Sed propinquum eſt tibi verbum valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud.
CAP. 31. v. 10 Et præcepit illis Moſéh, dicẽdo, Septimo quoque anno, tempore anni remiſsio-
nis, in ſolennitate tabernaculorum,
11 Quum venerit vniuerſus Iſraél vt appareat coram Iehouáh Deo tuo, in locum quem ele-
gerit, leges Legem iſtam coram vniuerſo Iſraele, in auribus eorum.
12 Congrega populum, viros & mulieres, & paruulos, & peregrinos tuos qui ſunt intra por-
tas tuas, vt audiant, & diſcant, timeántque Iehouam Deum veſtrum, & cuſtodiant faciendo
omnia verba Legis huius.
13 Et filii eorum qui non nouerunt, audiant, & diſcant timere Iehouam Deum veſtrum, o-
mnibus diebus quibus victuri eſtis *ſuper* terram, ad quam trãſmiſſo Iardén pergitis, vt poſ-
ſideatis eam.

## *A PRAESTANTIA LEGISLATORIS.*

*Leuit. cap.* XIX. *verſ.* XXXVI.

EGo Iehouáh Deus veſter,
qui eduxi vos è terra Æ-
gypti.
37 Cuſtodite igitur omnia
ſtatuta mea, & omnia iudi-
cia mea, & facite illa: ego
Iehouáh.
CAP. 20. v. 8 Et cuſtodite ſta-
tuta mea, & facite ea: ego
Iehouáh ſanctificans vos.
CAP. 22. v. 31 Obſeruate au-
tem pręcepta mea, & facite
ea: ego Iehouáh.
32 Et ne polluatis nomen

*Num. cap* XV. *verſ.* XL.

VT recordemini *inquam*,
& faciatis omnia præce
pta mea, & ſitis ſancti Deo
veſtro.
41 Ego Iehouáh Deus veſter
qui eduxi vos è terra Ægy-
pti, vt eſſem vobis in Deũ:
ego inquam Iehouáh Deus
veſter.

*Deuter. cap.* IV. *verſ.* I.

NVnc ergo ô Iſraél, audi
ſtatuta & iudicia quæ e-
go doceo vos, vt faciatis,
vt viuatis: atque ingredia-
mini, & poſsideatis terram
quam Iehouáh Deus pa-
trum veſtrorum dat vo-
bis.
2 Non addetis ad verbum
quod ego præcipio vobis,
neque diminuetis quicquã
ex eo, vt cuſtodiatis præ-
cepta Iehouæ Dei veſtri,
quæ ego præcipio vobis.

ſanctum meum, & ſanctificabor in medio
filiorum Iſraél: ego Iehouáh ſanctificans
vos,
33 Qui eduxi vos è terra Ægypti, vt eſſem vo-
bis in Deum: ego Iehouáh.

& 9 Veruntamen caue tibi & cuſtodi ani-
mam tuam ſolicitè, ne obliuiſcaris rerum
quas viderunt oculi tui, néve recedant à
corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ, & do-
ceas ea filios tuos & filios filiorum tuo-
rum.
10 Die quo ſtetiſti coram Iehouáh Deo tuo
in Horéb, quum diceret Iehouáh mihi,
Congrega mihi populum, vt recenſeam illis verba mea, quæ diſcent, vt timeant me omni-
bus diebus quibus vixerint ſuper terram, & filios ſuos doceant.
11 Itaque acceſsiſtis, & ſtetiſtis ſub monte (mons autem ille ardebat igni vſque ad medium
cæli, tenebræ, nubes, & caligo.)
12 Et loquutus eſt Iehouáh ad vos è medio ignis: vocem verborum vos audiebatis, at imagi-
nem *vllam* non videbatis præter vocem.
13 Et renuntiauit vobis pactum ſuum quod præcepit vobis vt faceretis, decem verba, & ſcri-
pſit illa in duabus tabulis lapideis.
14 Mihi quoque præcepit Iehouáh eodem tempore vt docerem vos ſtatuta & iudicia, vt fa-
ceretis ea in terra ad quam tranſitis vt poſsideatis eam.
& 32 Interroga enim nunc de diebus antiquis, qui fuerũt ante te, à die quo creauit Deus ho-
minem ſuper terram, & ab extremo cæli vſque ad *alterum* extremũ cæli, an facta fuerit res
ſimilis huic tam magnæ, aut auditum fuerit aliquid tale:
33 Nunquid audiuit populus vocem Dei *ſui* loquentis è medio ignis, quemadmodum audiſti
tu, & vixit:
34 Aut nunquid tentauit Deus *aliquis* vt veniret ad capiẽdum ſibi gentem *aliquam* è medio
gentis *alterius* cum tentationibus, cum ſignis, & cum portentis, & bello, & manu valida, &
brachio extento, & terroribus magnis, quemadmodum fecit vobis Iehouáh Deus veſter
in Ægypto in oculis tuis:
35 Tibi oſtenſum eſt, vt ſcires quòd Iehouáh eſt Deus, *&* non eſt vltrà præter eum.
36 E cælis audire te fecit vocem ſuam, vt erudiret te: & ſuper terram oſtendit tibi ignem
ſuum magnum, & verba eius audiſti è medio ignis.
37 Et quoniam dilexit Patres tuos, elegit ſemen eius poſt eum, eduxítque te ante ſe potentia
ſua maxima ex Ægypto:
38 Vt expelleret gẽtes maximas, & robuſtiores te à facie tua, vt introduceret te, vt daret tibi
terram eorum *in* hæreditatem, ſicut hodie.
39 Scito ergo hodie, & reuocato ad cor tuum, quòd Iehouáh eſt Deus ille in cælo deſuper, &
ſuper terram deorſum, nec eſt vltrá.
40 Et cuſtodi ſtatuta eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi &
filiis tuis poſt te, vtque prolonges dies ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi, o-
mnibus diebus.
41 Tunc ſeparauit Moſéh tres vrbes trans Iardén ad Exortum ſolis:
42 Vt fugeret illuc homicida, qui occidiſſet proximum ſuum ignoranter, qui non odiſſet eũ
ab heri & nudiuſtertius, fugeret inquam ad vnam ex vrbibus iſtis, & viueret.
43 Nempe Béſer in deſerto ipſo, in terra planiciei de Reubenitis: & Ramóth in Giláh de
Gaditis, & Golán in Baſán de Menaſsitis.
44 Hæc itaque eſt lex quam propoſuit Moſéh coram filiis Iſraél:
45 Hæc ſunt teſtimonia, & ſtatuta, & iudicia quæ dixit Moſéh filiis Iſraél quum egreſsi eſſent
ex Ægypto,
46 Trans Iardén in valle eregione Beth-peór, in terra Sihón regis Emoræorũ, qui habita-
bat in Hesbón, quem percuſsit Moſéh & filii Iſraél quum egreſsi fuiſſent ex Ægypto:
47 Et poſſederunt terrã eius, & terram Og regis Baſan duorum regũ Emoræorum, qui *ha-
bitabant* trans Iardén ad Ortum ſolis:
48 Ab Aroér quæ *erat* iuxta ripam torrentis Arnón, vſque ad montem Sión, qui eſt Her-
món:
49 Et vniuerſam ſolitudinem trans Iardén ad Oriẽtem, vſque ad mare ſolitudinis, ſub effu-
ſionibus aquarum.
CAP. 5. V. 32 Cuſtodite ergo vt faciatis quemadmodum præcepit Iehouáh Deus veſter vobis:
ne declinetis ad dexteram, aut ad ſiniſtram.
33 Per omnem viam quam præceperit Iehouáh Deus veſter vobis, ambuletis vt viuatis, &
bonum *ſit* vobis, & prolongetis dies in terra quam poſsidebitis.
CAP. 6. V. 20 Quũ interrogauerit te filius tu' cras, dicẽdo, Quid ſibi volũt teſtimonia, & ſtatuta
& iu-

& iudicia quæ præcepit Iehouáh Deus noſter vobis?
21 Tunc dices filio tuo, Serui fuimus Paróh in Ægypto, & eduxit nos Iehouáh ex Ægypto in manu forti.
22 Deditque Iehouáh ſigna & portenta magna, & peſſima in Ægypto in Paronem, & in totam domum eius in oculis noſtris:
23 Atque nos eduxit inde vt introduceret nos, *ac* daret nobis terram *de* qua iurauit patribus noſtris.
24 Itaque præcepit nobis Iehouáh vt faciamus omnia ſtatuta iſta, vt timeamus Iehouam Deum noſtrum in bonum noſtrum omnibus diebus, vt conſeruaret nos in vita, vt in hac die.
CAP. 7. v. 6 Nam populus ſanctus es Iehouæ Deo tuo: te elegit Iehouáh Deus tuus, vt ſis illi populus peculiaris ex omnibus populis qui ſunt in ſuperficie terræ.
7 Non quia plures eſſetis præ omnibus populis, amauit vos Iehouáh, & elegit vos: (vos enim eratis pauciores omnibus populis.)
8 Sed quia diligebat vos Iehouáh, & cuſtodire volebat iuramentū quod iurauerat patribus veſtris, eduxit vos Iehouáh in manu forti, & redemit vos è domo ſeruorum, è manu Paróh regis Ægypti.
& 14 Ecce Iehouæ Dei tui *ſunt* cæli, & cæli cælorum, terra, & omnia quæ *ſunt* in ea.
15 Tantummodo in patribus tuis beneplacitum eſt Iehouæ, vt deligeret eos, & elegit ſemen eorum poſt eos, *nempe* vos, ex omnibus populis, ſicut hodie.
16 Circuncidite igitur præputium cordis veſtri, & ceruicem veſtram ne induretis vltrà.
17 Iehouáh enim Deus veſter eſt, Deus deorum, & Dominus dominorū, Deus magnus, potens & terribilis, qui non accipit perſonam, neque recipit munus.
CAP. 8. v. 1 Omne præceptū quod ego præcipio tibi hodie, cuſtodietis vt faciatis, vt viuatis, & multiplicemini, & ingrediamini vt poſſideatis terram de qua iurauit Iehouáh Patribus veſtris.
2 Memineriſque totius viæ per quam deduxit te Iehouáh Deus tuus iam quadraginta annis in deſerto, vt affligeret te, ac tentaret te, vt ſciret quid *haberes* in corde tuo, vtrū obſeruaturus eſſes præcepta eius, an non.
3 Et afflixit te, ac eſurire te fecit, poſtea pauit te Man, quod non noueras, neque nouerant patres tui: vt ſcire faceret te quòd non in pane ſolo viuet homo, ſed omni eo quod egreditur ex ore Iehouæ, viuet homo.
4 Veſtimentum tuum nequaquam veterauit ſuper te, neque pes tuus intumuit iam quadraginta annis.
5 Sciáſque in corde tuo quòd quemadmodum corripit homo filium ſuum, *ſic* Iehouáh Deus tuus corripit te.
6 Et cuſtodies præcepta Iehouæ Dei tui, vt ambules per vias eius, & timeas eum.
& 11 Caue tibi ne obliuiſcaris Iehouæ Dei tui, vt nō obſerues præcepta eius, & iudicia eius, & ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie:
12 Ne fortè comedas & ſatureris, & domos egregias ædifices, atque habites *in illis*:
13 Et boues tui, ouéſque tuæ multiplicentur, argentum quoque & aurum multiplicetur tibi, omne inquam quod eſt tibi multiplicetur:
14 Tum eleuetur cor tuum, & obliuiſcaris Iehouæ Dei tui, qui eduxit te è terra Ægypti, è domo ſeruorum:
15 Qui deduxit te per deſertum magnū & terribile, ſerpentis adurentis, & ſcorpionis, & ſitis: in quo nulla erat aqua: qui eduxit tibi aquam è petra ſilicis:
16 Qui pauit te Man in deſerto, quod nō nouerant patres tui, vt affligeret te, & probaret te, vt benefaceret tibi in nouiſſimo tuo.
17 Et *caue ne* dicas in corde tuo, Potentia mea, & robur manus meæ parauit mihi has opes:
18 Sed memineris Iehouæ Dei tui, quia ipſe dat tibi potētiam ad parandas opes vt cōfirmet pactum ſuum quod iurauit Patribus tuis, ſicut in hac die.
CAP. 26. v. 16 Hodie Iehouáh Deus tuus præcepit tibi vt facias ſtatuta hæc & iudicia: cuſtodias ergo, & facias ea toto corde tuo & tota anima tua.
CAP. 27. v. 9 Et loquutus eſt Moſéh & Sacerdotes Leuitæ ad omnem Iſraél, dicendo, Auſculta & audi Iſraél, hodie factus es in populum Iehouæ Deo tuo.
10 Audias ergo vocem Iehouæ Dei tui, & facias præcepta eius, & ſtatuta eius, quæ ego præcipio tibi hodie.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0097

## A PRAESTANTIA LEGUM.

*Deut. cap.* IV. *verſ.* V.

VIdete, docui vos ſtatuta & iudicia, quemadmodum præcepit mihi Iehouáh Deus meus, vt ita faciatis in medio terræ ad quam vos ingredimini, vt eam poſsideatis.
6 Cuſtodite ergo, & facite, quia ea eſt ſapientia veſtra & intelligentia veſtra in oculis populorum, qui audient omnia ſtatuta iſta, & dicent, Vtique populus ſapiens & intelligens, gens magna iſta.
7 Quæ enim eſt gens *ita* magna, cui ſint dii propinqui, ſicut eſt Iehouáh Deus noſter in cunctis, pro quibus inuocauerimus eum?
8 Et quæ gens *ita* magna, cui ſint ſtatuta & iudicia iuſta, ſicut eſt vniuerſa Lex iſta quam ego do coram vobis hodie?
Cap.26.v.16 Hodie Iehouáh Deus tuus præcipit tibi vt facias ſtatuta hæc & iudicia: cuſtodias ergo & facias ea toto corde tuo & tota anima tua.
17 Iehouam exaltaſti hodie, quòd ſit tibi in Deum, & ambules in viis eius, & cuſtodias ſtatuta eius, & præcepta eius, & iudicia eius, & obedias voci eius.
18 Iehouáh quoque exaltauit te hodie, quòd ſis ei in populum peculiarem, quemadmodum loquutus eſt tibi, & quòd cuſtodias omnia præcepta eius:
19 Et ponat te ſuperiorem omnibus gentibus quas fecit, ad laudem, & nomen, & gloriam, & vt ſis populus ſanctus Iehouæ Deo tuo, quemadmodum dixit.

## A PROMISSIONIBUS.

*Exod. cap* XV. *verſ.* XXVI.

ET dixit, Si obediendo obedieris voci Iehouæ Dei tui, & rectum in oculis eius feceris, & aures præbueris præceptis eius, cuſtodierı́ſque omnia ſtatuta eius, vniuerſum morbum quem poſui in Ægypto, non ponã ſuper te: quia ego Iehouáh ſanans te.
Cap.19.v.5 Nunc ergo ſi obediendo obedieritis voci meæ, & cuſtodieritis pactũ meum, eritis mihi *tanquam* theſaurus dilectus præ omnibus populis: quia mea eſt vniuerſa terra.
6 Vos autem eritis mihi regnum Sacerdotale, & gens ſancta, hæc ſunt verba quæ dices filiis Iſraél.
Cap.23.v.22 Nam ſi audiẽdo audieris vocem eius, & feceris quæcunque dixero, tunc odio habebo illos qui te oderunt, & affligam affligentes te.
23 Nam ibit Angelus meus ante te, & introducet te ad Emoręum, & Hitthæum, & Perizæum, & Chenaanæũ, Hiuæum, atque Iebuſæum, & ſuccîdam eum.
& 25 Sed coletis Iehouã Deũ veſtrum, & benedicet pani tuo, &

*Leuit. cap.* XVIII. *verſ.* V.

CVſtodite autem ſtatuta mea, & iudicia mea: quæ faciet homo, & viuet in eis: ego Iehouáh.
Cap.26.v.3 Si in decretis meis ambulaueritis, & præcepta mea ſeruaueritis, & feceritis ea:
4 Dabo pluuias veſtras tempore ſuo, dabítq; terra fructum ſuũ, & arbores agrorum dabunt fructum ſuum:
5 Apprehendétque vobis tritura vindemiam, & vindemia apprehendet ſementẽ: comedetíſq; panem veſtrũ ad ſaturitatem, & habitabitis cõfidẽter in terra veſtra.
6 Dabo nanque pacẽ in terra, & dormietis, neque erit exterrens: auferámque beſtias malas è terra, & gladius non tranſibit per terrã veſtram.
7 Et perſequemini inimicos veſtros, cadéntque coram vobis gladio.
8 Perſequẽtur quoque quinque ex vobis centum: & cẽtum ex vobis decem millia perſequentur: & corruent inimici veſtri coram vobis gladio.
9 Vertam enim me ad vos, & creſcere faciam vos, at-

*Deut. cap.* IV. *verſ.* I.

NVnc ergo ô Iſraél, audi ſtatuta & iudicia quæ ego doceo vos, vt faciatis, vt viuatis: atq; ingrediamini, & poſsideatis terrã quam Iehouáh Deus patrum veſtrorum dat vobis.
2 Nõ addetis ad verbũ quod ego præcipio vobis, neque diminuetis *quicquam* ex eo, vt cuſtodiatis præcepra Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis.
& 40 Et cuſtodi ſtatuta eius & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene ſit tibi & filiis tuis poſt te, vtque prolonges dies ſuper terram quam Iehouáh Deus tuus dat tibi omnibus diebus.
Cap.5.v.33 Per omnem viam quam præceperit Iehouáh Deus veſter vobis, ambuletis vt viuatis, & bonum *ſit* vobis, & prolongetis dies in terra quam poſsidebitis.
Cap.6.v.1 Iſtud autẽ eſt præceptum, ſtatuta, & iudicia quæ præcepit Iehouáh Deus veſter, vt docerem vos, vt faciatis *illa* in terra ad quã vos trãſitis vt poſsideatis eã:
2 Vt timeas Iehouam Deum tuum, cuſtodiendo omnia

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0098

tuo,& aquis tuis: auferámque infirmitatē è medio tui.
26 Non erit abortiens & ſterilis in terra tua: numerum dierum tuorum complebo.
27 Terrorem meum mittam ante te, & interficiā omnē populum ad quē ingrederis, dabóque omnes inimicos tuos tibi ceruicem *vertentes*.
28 Mittam præterea crabronem ante te, qui expellat Hiuæum, & Chenaanæum, & Hitthæum à facie tua.
29 Non eiiciam illum à facie tua anno vno, ne ſit terra deſolatio, & multiplicetur contra te beſtia agri.
30 Paulatim paulatim eiiciā illū à facie tua, donec creſcas, & hæreditate accipias terram.
31 Ponam autem terminum tuum à mari Suph vſque ad ad mare Peliſthin, & à deſerto vſque ad fluuiū: nam dabo in manum veſtram habitatores terræ,& expelles illos à facie tua.
Cap.24.v.7 Tulit preterea librū fœderis, & legit in auribus populi: qui dixerunt, Quæcunque dixit Iehouáh faciemus,& obediemus.
8 Tulit quoque Moſéh ſanguinem,& ſparſit ſuper populum, & dixit, En ſanguis fœderis quòd pepigit Iehouáh vobiſcum ſuper omnibus rebus illis.

que multiplicabo vos, ſtatuámque pactum meum vobiſcum.
10 Et comedetis vetus inueteratum, & vetus propter nouum educetis.
11 Et ponam tabernaculum meum in medio veſtri, neque abominabitur vos anima mea.
12 Ambulabo autē in medio veſtri,eróque vobis in Deū, & vos eritis mihi in populum:
13 Ego Iehouáh Deus veſter qui eduxi vos è terra Ægypti, ne eſſetis illis ſerui: & confregi lora iugi veſtri, & incedere feci vos erecta facie.

ſtatuta eius, & præcepta eius quæ ego præcipio tibi, tu & filius tuus, & filius filii tui,omnibus diebus vitę tuæ: & vt prolongętur dies tui.
3 Audias ergo ô Iſraél,& cuſtodias vt facias,vt bene ſit tibi, vtque multiplicemini valde, quemadmodum dixit Iehouáh Deus patrum tuorum tibi,*in* terram fluētem lacte & melle.
& 17 Cuſtodiēdo cuſtodietis præcepta Iehouæ Dei veſtri, & teſtimonia eius, & ſtatuta eius quæ præcepit tibi.
18 Faciéſque quod rectum *eſt* & bonū in oculis Iehouæ, vt bene ſit tibi,& ingrediaris,poſsideáſque terrā optimam, *de* qua iurauit Iehouáh patribus tuis:
19 Vt propulſet omnes inimicos tuos à facie tua, quēadmodū loquutꝰ eſt Iehouáh.
& 24 Itaq; præcepit nobis Iehouáh vt faciamus omnia ſtatuta iſta,vt timeamus Iehouam Deum noſtrum in bonum noſtrum omnibus diebus, vt conſeruaret nos in vita,vt in hac die.
25 Et iuſtitia erit nobis, quū cuſtodierimus vt faciamus omne pręceptum iſtud coram Iehouáh Deo noſtro, quemadmodum præcepit nobis.
Cap.7.v.9 Et ſcies quòd Iehouáh Deus tuus eſt Deus, Deus *inquam* fidelis, cuſtodiēs pactum & miſericordiam diligentibus ſe,& cuſtodientibus præcepta ſua,vſque ad mille generationes:
10 Et reddens odio habēti ipſum in faciem eius,*ita* vt perdat eum:neque tardabit,odio habenti ipſum,in faciem eius reddet ei.
11 Cuſtodias ergo præcepta,& ſtatuta,& iudicia quæ ego præcipio tibi hodie,vt ea facias.
12 Et erit, propterea quòd audieritis iudicia iſta,& cuſtodieritis feceritíſque ea: cuſtodiet Iehouáh Deus tuus tibi pactum,& miſericordiam de qua iurauit Patribus tuis.
13 Diliget quoque te,& benedicet tibi,multiplicabítque te: benedicet nāque fructui vētris tui & fructui terræ tuæ,frumento tuo,& muſto tuo, & oleo tuo,fœtui boū tuorum,& gregibus ouium tuarum in terra de qua iurauit Patribus tuis ſe daturum tibi.
14 Benedictus eris præ cunctis populis: non erit in te infœcundus.neque infœcunda,neque in iumentis tuis.
15 Auferétque à te Iehouáh omnem infirmitatem, & omnes ægritudines Ægypti peſsimas, quas noſti: non ponet illas in te,ſed ponet eas in omnibus qui te oderint.
Cap.10.v.13 Cuſtodiendo præcepta Iehouæ, & ſtatuta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt bene *ſit* tibi.
Cap.11.v.8 Cuſtodite ergo omne præceptum quod ego præcipio vobis hodie,vt roboremini & ingrediamini,poſsideatíſque terram ad quam vos tranſitis,vt poſsideatis eam:



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0099

9 Atque vt prolongetis dies ſuper terram, quam iurauit Iehouáh patribus veſtris, ſe datu-
rum illis & ſemini eorum,terram fluentem lacte & melle.
& 13 Erit itaq; ſi obediẽdo obedieritis præceptis meis quæ ego præcipio vobis hodie,ita
vt diligatis Iehouam Deum veſtrum, & colatis eũ toto corde veſtro, & tota anima veſtra.
14 Dabo pluuiam terræ veſtræ in tempore ſuo, temporaneam & ſerotinã,& *ita* colliges fru-
mentum tuum,& vinum tuum,ac oleum tuum.
15 Et dabo herbam in agro tuo pro iumentis tuis,comedéſque ac ſaturaberis.
& 22 Si enim cuſtodiendo cuſtodieritis omne præceptum iſtud quod ego præcipio vobis vt
faciatis illud,vt diligatis Iehouam Deum veſtrũ, & vt ambuletis omnibus viis eius, adhæ-
reatíſque.
23 Tunc expellet Iehouáh omnes gentes iſtas à facie veſtra,& poſsidebitis gentes maiores
& robuſtiores vobis.
24 Omnis locus quem calcauerit planta pedis veſtri,veſter erit à deſerto,& Libanón,à flu-
mine Peráth,vſque ad mare nouiſsimnm,erit terminus veſter.
25 Non conſiſtet quiſquam coram vobis: pauorem veſtri,& timorem veſtri dabit Iehouáh
Deus veſter ſuper faciem totius terræ quam calcabitis,quemadmodum loquutus eſt vobis.
26 Vide,ego pono coram vobis hodie benedictionem & maledictionem.
27 Benedictionem, ſi obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri, quæ ego præcipio vobis
hodie.
28 Maledictionem verò,ſi non obedieritis præceptis Iehouæ Dei veſtri,ſed receſſeritis de via
quam ego præcipio vobis hodie,ita vt ambuletis poſt deos alienos quos non nouiſtis.
29 Qúmque introduxerit te Iehouáh Deus tuus in terram quã tu ingrederis vt poſsideas eã,
tunc dadis benedictionem ſuper montem Gerizím,& maledictionem ſuper mõtem Ebál.
30 Annon ſunt trans Iardén poſt viam Occaſus ſolis in terra Chenaanæi, qui habitat in pla-
nitie eregione Gilgál,iuxta campeſtria Moréch?
31 Vos enim tranſituri eſtis Iardén,vt pergatis ad poſsidendum terram,quam Iehouáh Deus
veſter dat vobis,& poſsidebitis illam,& habitabitis in ea.
32 Cuſtodite ergo,vt faciatis omnia ſtatuta & iudicia quæ ego do coram vobis hodie.
Cap.12.v.28 Cuſtodi,& audi omnia verba iſta quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filiis
tuis poſt te vſque in ſeculum, quum feceris quod bonum eſt & rectum in oculis Iehouæ
Dei tui.
Cap.28.v.1 Et erit,ſi audiendo audieris vocem Iehouæ Dei tui,vt cuſtodias faciendo omnia
præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie:tunc conſtituet te Iehouáh Deus tuus ſuperio-
rem omnibus gentibus terræ.
2 Et venient ſuper te omnes benedictiones iſtæ,apprehendentque te,ſi modò obedieris vo-
ci Iehouæ Dei tui.
3 Benedictus eris in vrbe ipſa,& benedictus eris in agro.
4 Benedictus fructus ventris tui, & fructus terræ tuæ, & fructus iumenti tui, primogenitus
boum tuorum,& greges ouium tuarum.
5 Benedictum caniſtrum tuum,& conſperſio tua.
6 Benedictus eris quando ingredieris,& benedictus eris quando egredieris.
7 Dabit Iehouáh hoſtes tuos qui inſurrexerint in te, percuſſos coram te: per viam vnam e-
gredientur ad te,& per ſeptem vias fugient coram te.
8 Mandabit Iehouáh tecum benedictionem in horreis tuis,& in omni ad quod miſeris ma-
num tuam, & benedicet tibi in terra quam Iehouáh Deus tuus dat tibi.
9 Statuet te Iehouáh ſibi in populum ſanctum,quemadmodum iurauit tibi,quum cuſtodie-
ris præcepta Iehouæ Dei tui,& ambulaueris in viis eius.
10 Tunc intelligent omnes populi terræ quòd nomen Iehouæ inuocatum ſit ſuper te, & ti-
mebunt ſibi à te.
11 Et abundare faciet te Iehouáh in bonum,fructu ventris tui,& fructu iumẽti tui,& fructu
terræ tuæ,ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis ſe daturum tibi.
12 Aperiet Iehouáh tibi theſaurum ſuum optimum,cælum,vt det pluuiam terræ tuæ in tem-
pore ſuo, & benedicat omni operi manus tuæ: & mutuabis gentibus multis, tu verò non
accipies mutuum.
13 Ponétque te Iehouáh in caput, & non in caudam, eríſque duntaxat ſurſum, & non deor-
ſum,quando obedieris præceptis Iehouæ Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie vt cuſtodias
& facias:
14 Neque receſſeris ab omnibus verbis quæ ego præcipio vobis hodie, ad dextram aut ad
ſiniſtram,eundo poſt deos alienos vt colatis eos.

A MI-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0100

*Exo.cap.*XXIII.*verſ.*XX.

ECce ego mitto Angelum corā te, vt cuſtodiat te in via: & introducat te in locum quem præparaui.

21 Caue à facie eius, & obtempera voci eius, ne exacerbes eum: neque enim parcet præuaricationi veſtræ, nomē meū in medio eius.

*Leuit.cap.* XXVI. *v.*XIV.

SI autem non audieritis me, neque feceritis omnia præcepta iſta:

15 Et ſi decreta mea ſpreueritis, & iudicia mea abominata fuerit anima veſtra, ita vt non faciatis omnia præcepta mea, & irritum faciatis pactum meū:

16 Etiam ego faciam hoc vobis, Conſtituam ſuper vos terrorem, tabem, & febrem conſumentia oculos, & dolore afficientia animam: ſeretíſque fruſtra ſemen veſtrum: nam comedent illud inimici veſtri.

17 Dabo præterea iram meam in vos, & cædemini coram inimicis veſtris, dominabūtúrque vobis qui odio habent vos: fugietíſque, & non erit perſequens vos.

18 Quòd ſi vſque ad hæc non audieritis me, addā corripere vos ſepties propter peccata veſtra.

19 Cōterámque ſuperbiā fortitudinis veſtræ, ac dabo cælum veſtrum ſicut ferrum, & terram veſtram ſicut æs.

20 Et cōſumetur fruſtra fortitudo veſtra, neque dabit terra veſtra fructum ſuū, & arbores regionis *veſtræ* nō dabunt fructū ſuum.

21 Si autem ambulaueritis mecum *in* caſu, & nolueritis audire me: addam ſuper vos plagam ſepties ſecundum peccata veſtra.

22 Immittámque in vos beſtiam agri, & orbabit vos, & ſuccīdet iumentum veſtrū, ac pauciores reddet vos, & deſolabuntur viæ veſtræ.

23 Quòd ſi per hæc non recipiatis doctrinam meam, ſed ambulaueritis mecum *in* caſu:

24 Ambulabo etiam ego vobiſcū in caſu, & percutiam vos quoq; ſepties propter peccata veſtra.

25 Atque inducam ſuper vos gladium vltorē vltionis fœderis: congregabimini autē ad vrbes veſtras, tū mittam peſtilentiā in medio veſtri, ac trademini in manum inimici.

26 Dum confregero vobis baculū panis, coquent decem mulieres panē veſtrum in clibano vno, reddéntque panem veſtrū in pōdere: comedetis autem, & nō ſaturabimini.

27 Quòd ſi in hoc nō audieritis me, ſed ambulaueritis mecum in caſu:

28 Incedā vobiſcū cum ira caſus, & corripiā vos etiā ego ſepties propter peccata veſtra.

29 Comedetíſque carnem filiorum veſtrorū, & carnem filiarum veſtrarum comedetis.

30 Atque

*Deut. cap.* IV. *verſ.* XXV.

QVum genueris filios & nepotes, & ſenueritis in terra illa, corruperitis autem *vos*, & feceritis ſculptile, imaginem cuiuſcūque rei, atque *ita* feceritis malum in oculis Iehouæ Dei veſtri, irritando illum.

26 Teſtor contra vos hodie cælū & terram, quòd pereūdo peribitis citò è terra ad quā *pergendo* tranſituri eſtis Iardén, vt poſsideatis eam: non protrahetis dies in ea, quia diſperdendo diſperdemini:

27 Ac diſperget vos Iehouáh inter populos, & relinquemini homines pauci numero in gentibus ad quas deducet vos Iehouáh.

28 Seruietíſque ibi diis, operi manuū hominum, ligno & lapidi, quæ non vidēt, nec audiunt, nec comedunt, nec odorantur.

29 Quòd ſi requiſieris illinc Iehouam Deum tuum, tum inuenies, ſi requiſieris eum toto corde tuo, & tota anima tua.

30 Quum fuerit tibi anguſtia, inuenerintque te omnia iſta: in nouiſsimis diebus ſi reuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum, & parueris voci eius:

31 (Quia Deus miſericors eſt Iehouáh Deus tuus) non derelinquet te, nec diſperdet te, neque obliuiſcetur pacti Patrum tuorum, de quo iurauit illis.

CAP.7. V.10 Et reddens odio habenti ipſum in faciē eius, *ita* vt perdat eū: neq; tardabit, odio habenti ipſum, in faciē eius reddet ei.

CAP.11.V.1 Dilige igitur Iehouā Deum tuū, & cuſtodi cuſtodiam eius, & ſtatuta eius, & iudicia eius, & præcepta eius omnibus diebus.

2 Et ſcitote hodie (non enim cū filiis veſtris *loquor* qui non nouerūt, neque viderunt) caſtigationē Iehouæ Dei veſtri, magnitudinem eius, manum eius validam, & brachiū eius extentum:

3 Et ſigna eius, & opera eius quæ fecit in medio Ægypti ipſi Paróh regi Ægypti, & vniuerſæ terræ eius:

4 Et quæ fecit exercitui Ægyptiorum, equis eius, & curribus eius: qui inundare fecit aquas maris Suph ſuper facies eorum, dū vos perſequerentur: & perdidit eos Iehouáh vſque in hanc diem:

5 Quæ præterea fecit vobis in deſerto, donec veniretis vſque ad locum iſtum.

6 Et quæ fecit Dathán & Abirám filiis Eliáb, filii Rubén, quando aperuit terra os ſuum, & deglutiuit eos, domóſque eorum, ac tabernacula eorū, atque vniuerſam ſubſtantiam quæ *erat* in pedibus eorum, in medio totius Iſraelis.

7 Quandoquidē oculi veſtri viderunt omnia opera Iehouæ magna quæ fecit.

30 Atque diſsipabo excelſa veſtra,& ſuccĩdã
imagines veſtras,ponámq; cadauera veſtra
ſuper cadauera idolorum veſtrorũ, & abo-
minabitur vos anima mea.
31 Dabóque ciuitates veſtras *in* deſolationẽ,
ac deſolabo ſanctuaria veſtra , neque odo-
rabor odorem quietis veſtræ.
32 Deſolabo inquam ego terrã, ita vt obſtu-
peſcant ſuper eam inimici veſtri qui habi-
tant in ea.
33 Vos autẽ diſpergam in Gentes,& euagina-
bo poſt vos gladiũ : erítque terra veſtra de-
ſolata,& ciuitates veſtræ erunt deſtructæ.
34 Tũc perficiet terra ſabbatha ſua cũctis die-
bus quibus deſolata fuerit, vos autẽ *eritis* in
terra inimicorum veſtrorũ: tunc *inquam* re-
quieſcet terra,& perficiet ſabbatha ſua.
35 Omnibus diebus quibus deſolata fuerit,
requieſcet:quia non requieuit in ſabbathis
veſtris dum habitaretis in ea.
36 Qui autem remanſerint ex vobis,inducam
teneritudinem in cor eorũ in terris inimi-
corũ ſuorum,& perſequetur eos ſonus folii
impulſi, & fugient fuga gladii, cadéntque
nemine perſequente.
37 Impingent autem alter in alterum tanquã
à facie gladii,nullo perſequente:neque erit
vobis reſiſtentia coram inimicis veſtris.
38 Et peribitis inter Gentes,& abſumet vos
terra inimicorum veſtrorum.
39 Et qui remanſerint ex vobis,diſſoluentur
propter iniquitatẽ ſuã in terris inimicorũ
veſtrorũ,atque etiã propter iniquitates pa-
trum ſuorum,cum eis *inquam* diſſoluentur.
40 Donec cõfiteantur iniquitatem ſuam, &
iniquitatem patrum ſuorum,iuxta præuari-
cationem ſuam qua præuaricati ſunt in me:
& etiam quòd ambulauerint mecũ in caſu:
41 *Quòd* etiã ego ambulauerim cũ illis in ca-
ſu,& induxerim eos in terrã inimicorũ ſuo-
rum: túncque humilietur cor eorũ incircũ-
ciſum, atq; æquo animo ferãt multã ſuam.
42 Tũc recordabor pacti mei *cum* Iaacób,&
etiam pacti mei *cum* Ishác , & inſuper pacti
mei *cum* Abrahám recordabor, terræ quo-
que memor ero.
43 Terra interim deſeretur ab eis,& perficiet
ſabbatha ſua quæ deſolata eſt propter illos:
& ipſi exoluent multam ſuam, eo quòd in-
quã iudicia mea ſpreuerint , & decreta mea
abominata ſit anima eorum.
44 Et tamen etiam hoc modo quum ipſi fue-
rint in terra inimicorũ ſuorum, non repro-
baui eos,neque abominatus ſum eos,vt cõ-
ſumerẽ eos , irritũ faciendo pactum meum
cum eis:ego enim Iehouáh Deus eorum.
45 Sed recordabor propter eos pacti priorũ,
*ego* qui eduxi eos è terra Ægypti in oculis
Gentium , vt eſſem illis in Deum: ego Ie-
houáh.

Cap. 27.v.11 Præcepítque Moſéh, populo eo
die,dicendo,
12 Hi ſtabunt ad benedicẽdum populo ſuper
montem Gerizím,quãdo trãſieritis Iardén,
Simón, & Leuí, & Iehudáh & Iſſachár , &
Ioſéph,& Biniamín.
13 Iſti verò ſtabunt ad benedictionem in mõ-
te Ebál,Reubén, Gád,& Aſér, & Zebulún,
Dán,& Naphthalí.
14 Loquentur autem Leuitæ,ac dicent ad o-
mnem virum Iſraél voce excelſa.
15 Maledictus vir ille qui fecerit ſculptile,&
cõflatile,abominationẽ Iehouæ, opus ma-
nuũ artificis,&poſuerit in abſcõdito,& re-
ſpõdebũt vniuerſus populus,ac dicẽt,Amẽ.
16 Maledictus qui vilipẽdit patrẽ ſuũ aut ma-
trem ſuã:& dicet vniuerſus populus, Amẽ.
17 Maledictus qui trãsfert terminum proxi-
mi ſui: & dicet vniuerſus populus , Amen.
18 Maledictus qui aberrare facit cæcũ in via:
& dicet vniuerſus populus,Amen.
19 Maledictus qui peruertit iudicium pere-
grini, pupilli, & viduæ : & dicet vniuerſus
populus,Amen.
20 Maledictus qui coierit cum vxore patris
ſui:quia diſcooperuit orã patris ſui: & dicet
vniuerſus populus,Amen.
21 Maledictus qui coierit cũ quouis animali:
& dicet vniuerſus populus,Amen.
22 Maledictus qui coierit cũ ſorore ſua, filia
patris ſui vel filia matris ſuæ: & dicet vni-
uerſus populus,Amen.
23 Maledictus qui coierit cum ſocru ſua : &
dicet vniuerſus populus,Amen.
24 Maledictus qui percuſſerit proximũ ſuum
abſcõditè:& dicet vniuerſus populus,Amẽ.
25 Maledictus qui acceperit munus vt percu-
tiat *plaga* animæ,ſanguinem innocẽtem: &
dicet vniuerſus populus,Amen.
26 Maledictus qui non ſtatuerit verba Legis
iſtius faciendo illa:& dicet vniuerſus popu-
lus,Amen.
Cap. 28.v.15 Contrà,ſi non obedieris voci Ie-
houæ Dei tui, vt cuſtodias faciendo omnia
præcepta eius, & ſtatuta eius quæ ego præ-
cipio tibi hodie,veniẽt ſuper te omnes ma-
ledictiones iſtæ,& apprehendent te.
16 Maledictus eris in vrbe ipſa,& maledictus
in agro.
17 Maledictũ caniſtrum tuũ,& cõſperſio tua.
18 Maledictus fructus ventris tui & fructus
terræ tuæ,primogenitum boum tuorum,&
greges ouium tuarum.
19 Maledictus eris quãdo ingredieris,& ma-
ledictus quando egredieris.
20 Mittet Iehouáh in te maledictionem, cõ-
tritionẽ,& perditionem in omni quod tra-
ctaueris & feceris,donec delearis,& pereas
velociter propter malitiam operum tuorũ
per quæ dereliquiſti me.

21 Adiun-

21 Adiunget Iehouáh tibi peſtilentiam, donec conſumat te de terra ad quam tu ingrederis vt poſsideas eam.
22 Percutiet te Iehouáh phthiſi,& febre,& ardore,& æſtu,& gladio, & ariditate,& rubigine, & perſequentur te donec pereas.
23 Eruntque cæli tui qui ſunt ſupra caput tuum,ærei:& terra quæ eſt ſubter te,ferrea.
24 Dabit Iehouáh pluuiam terræ tuæ puluerem & cinerem: è cælis deſcendet ſuper te, donec diſperdaris.
25 Dabit te Iehouáh cæſum coram inimicis tuis:per viam vnam egredieris ad illum, & per ſeptem vias fugies coram eo,eríſque in commotionem omnibus regnis terræ.
26 Erit præterea cadauer tuum eſca omni volucri cæli & animali terræ,nec erit terrens.
27 Percutiet te Iehouáh vlcere Ægypti,& morbis ani,& ſcabie,& prurigine,quibus nō poſſis curari.
28 Percutiet te Iehouáh amentia,& cæcitate,& ſtupore cordis.
29 Palpabíſque in meridie, quemadmodum palpat cæcus in caligine,neque ſecundabis vias tuas:& eris tantummodo oppreſſus & direptus omnibus diebus,nec erit ſeruator.
30 Vxorem deſponſabis, & vir alius dormiet cum ea:domum ædificabis, & non habitabis in ea:vineam plantabis, & non communem facies eam.
31 Bos tuus mactabitur in oculis tuis,& non comedes ex eo: aſinus tuus rapietur à facie tua, nec reuertetur ad te:pecudes tuæ tradentur inimicis tuis,nec erit tibi ſeruator.
32 Filii tui & filiæ tuæ tradentur populo alteri, & oculi tui videbunt, ac deficient propter illos tota die:nec erit fortitudo in manu tua.
33 Fructum terræ tuæ & omnem laborem tuum comedet populus quem non noueras:& eris tantummodo oppreſſus & confractus omni tempore:
34 Et obſtupeſces propter ea quæ videbunt oculi tui.
35 Percutiet te Iehouáh vlcere peſsimo in genibus & in coxis,ita vt non poſsis curari,à plāta pedis tui vſque ad verticem tuum.
36 Abducet Iehouáh te & Regem tuum quem conſtitues ſuper te, ad gentem quam non noſti tu & patres tui,coléſque ibi deos alienos,lignum & lapidem.
37 Et eris in ſtuporē, & parabolā,& fabulam omnibus populis ad quos deducet te Iehouáh.
38 Semen multum educes *ad* agrum,& parum colliges:quia abſumet illud locuſta.
39 Vineas plantabis,& coles,& vinū non bibes,neque colliges:quia deuorabit illud vermis.
40 Oliuæ erunt tibi in omni termino tuo,at oleo non vnges te:quia decidet oliua tua.
41 Filios & filias generabis,& non erunt tibi:quia ibunt in captiuitatem.
42 Omnem arborem tuam,& fructum terræ tuæ abſumet locuſta.
43 Peregrinus qui eſt in medio tui aſcendet ſuper te ſupernè,ſupernè: & tu deſcendes infernè,infernè.
44 Ipſe mutuabit tibi,& tu non mutuabis ei:ipſe erit in caput, & tu eris in caudam.
45 Venient autem ſuper te omnes maledictiones iſtæ,téque perſequentur,& apprehendent te,donec diſperdaris : eo quòd non obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiendo præcepta eius,& ſtatuta eius quæ præcepit tibi.
46 Et erunt in te in ſignum & in portentum,& in ſemine tuo vſque in ſeculum:
47 Propterea quòd non coluiſti Iehouam Deum tuū in lætitia, & in hilaritate cordis,propter abundantiam omnium rerum.
48 Et ſeruies inimicis tuis quos immiſerit Iehouáh cōtra te,in fame,& ſiti,& nuditate,& penuria omnium rerum:ponétque iugum ferreum ſuper collum tuum,donec diſperdat te.
49 Adducet Iehouáh aduerſum te gentem à longinquo,ab extremo terræ, quemadmodum volat aquila,gentem *inquam* cuius non intelliges linguam.
50 Gentem robuſtam facie,quæ non eleuabit faciem ad ſenem,nec puero parcet:
51 Et deuorabit fructum iumenti tui,& fructū terræ tuæ, donec diſperdaris:quæ non relinquet tibi frumentum,vinum nouum,& oleum,*nec* primogenitum boum tuorum,nec greges ouium tuarum,donec perdat te.
52 Et obſidebit te in omnibus vrbibus tuis,donec corruāt muri tui excelſi & muniti,quibus tu fidis,in tota terra tua, & obſidebit te in omnibus vrbibus tuis, in omni terra tua quam dedit Iehouáh Deus tuus tibi.
53 Et comedes fructum vteri tui,carnem filiorum tuorum & filiarum tuarum,quos dedit tibi Iehouáh Deus tuus,in obſidione,& coartatione qua coartabit te inimicus tuus.
54 Viri teneri apud te & delicati valde, malignus erit oculus in fratrem ſuum,& in vxorem ſinus ſui,& in reliquos filios ſuos quos reliquos fecerit:
55 Ne det cuiquā illorum de carne filiorū ſuorum quos comedet: eo quòd non reliquerit illi *aliud* in obſidione,& coartatione qua coartabit te inimicus tuus in omnibus vrbibus tuis.
56 Teneræ apud te & delicatæ,quæ nō tētauit plantā pedis ſui ſtatuere ſuper terram, præde-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0103

liciis & teneritudine, malignus erit oculus in virũ ſinus ſui, & in filiũ ſuum, & in filiã ſuam,
57 Et in ſecundas ſuas quæ egrediuntur de inter pedes eius, & in filios ſuos quos pepererit:
quia comedet eos præ egeſtate omniũ rerum clàm, in obſidione & coartatione qua coar-
tabit te inimicus tuus in vrbibus tuis.
58 Niſi cuſtodieris vt facias omnia verba Legis iſtius quæ ſcripta ſunt in libro iſto, vt timeas
nomen glorioſum & terribile iſtud, Iehouam Deum tuum:
59 Augebit mirum in modum Iehouáh plagas tuas, & plagas ſeminis tui, plagas magnas &
perſeuerantes, & infirmitates peſsimas ac perſeuerantes:
60 Cõuertétque in te omnem infirmitatem Ægypti à quibus timuiſti tibi, & adhærebũt tibi.
61 Omnem etiam infirmitatem, & omnem plagam quæ non eſt ſcripta in libro Legis huius,
inducet Iehouáh ſuper te, donec tu perdaris.
62 Et relinquemini cum viris paucis pro eo quòd eratis ſicut ſtellæ cæli in multitudine: quia
non obediſti voci Iehouæ Dei tui.
63 Erit præterea, quemadmodum lætatus eſt Iehouáh ſuper vos, benefaciẽdo vobis, & mul-
tiplicando vos: ſic lætabitur Iehouáh ſuper vos, perdendo & delendo vos, euelleminíque è
terra ad quam ingredimini vt poſsideatis eam.
64 Et diſperget te Iehouáh in omnes populos, ab *vno* extremo terræ vſque ad *alterũ* extremũ
terræ: coléſque ibi deos alienos quos non noſti tu, neque patres tui, lignum & lapidem.
65 Neque in Gentibus ipſis requieſces, neque erit requies plantæ pedis tui: dabit item illic
Iehouáh tibi cor pauidum, & defectum oculorum, & mœrorem animi.
66 Et erit vita tua ſuſpenſa tibi e regione, ac pauebis nocte & die, neque credes vitæ tuæ.
67 Manè dices, Quis dabit veſperã? & in veſpera dices, Quis dabit manè? præ pauore cordis
tui quo pauebis, & præ viſione oculorum tuorum quam videbis.
68 Reducétque te Iehouáh in Ægyptũ in nauibus per viã de qua dixi tibi, Non addes adhuc
vt videas illã: & vẽdetis vos illic inimicis veſtris in ſeruos & in ancillas, & nõ erit qui emat.
CAP. 29. V. 1 Hæc ſunt verba pacti quæ præcepit Iehouáh ipſi Moſéh, vt pangeret cum filiis
Iſraél in terra Moáb, præter pactum quod pepigit cum eis in Horéb.
2 Vocauit itaq; Moſéh vniuerſũ Iſraelẽ, & dixit eis, Vos ipſi vidiſtis omnia quę fecit Iehouáh
in oculis veſtris in terra Ægypti, ipſi Paróh & omnibus ſeruis eius, & vniuerſæ terræ eius,
3 Tentationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna & portenta magna illa:
4 Neque tamen dedit Iehouáh vobis cor ad intelligendum, & oculos ad videndum, & aures
ad audiendum, vſque in hanc diem.
5 Et deduxi vos quadraginta annis per deſertum: non inueterauerunt veſtimẽta veſtra ſuper
vos, & calceamentum veſtrum non veterauit ſuper pedem veſtrum.
6 Panem non comediſtis, neque vinum & ſechár bibiſtis: vt intelligatis quòd ego Iehouáh
*ſum* Deus veſter.
7 Et perueniſtis ad locũ iſtum: egreſſúſq; eſt Sidón rex Hesbón, & Og rex Baſán in occur-
ſum noſtrum ad bellum, & percuſsimus eos:
8 Et tulimus terram ipſorum, tradidimúſque eam in hæreditatem Reubenitis, & Gaditis, &
dimidiæ tribui Menaſſæ:
9 Cuſtodiatis igitur verba pacti iſtius, & facite ea, vt ſecundetis omnia quæ facturi eſtis.
10 Vos aſtatis hodie omnes vos coram Iehouáh Deo veſtro, principes veſtri tribuum veſtra-
rum, ſeniores veſtri, & præfecti veſtri, omnes viri Iſraél:
11 Paruuli veſtri, vxores veſtræ, & peregrini tui, qui habitant in medio caſtrorum tuorum, à
cæſore lignorum tuorum vſque ad haurientem aquas tuas:
12 Vt tranſeas in pactum Iehouæ Dei tui, & in iuſiurandum eius, quod Iehouáh Deus tuus
pangit tecum hodie:
13 Vt ſtatuat te hodie ſibi in populum, & ipſe ſit tibi in Deum, quemadmodum loquutus eſt
tibi, & quemadmodum iurauit Patribus tuis, Abrahám, Ishác, & Iacób.
14 Neque vobiſcum ſolis pango pactum iſtud, & iuſiurandum iſtud:
15 Sed cum eo qui eſt hìc nobiſcum ſtans hodie coram Iehouáh Deo noſtro, & cum eo qui
non eſt hìc nobiſcum hodie.
16 Vos enim noſtis quomodo habitauimus in terra Ægypti, & quomodo tranſiuimus per
medium gentium quas tranſiſtis:
17 Et vidiſtis abominationes earum, & idola earũ, lignum & lapidem, argentum & aurum,
quæ *ſunt* apud illas:
18 Ne fortè ſit inter vos vir, aut mulier, aut familia, aut tribus, cuius cor auertat ſeſe hodie à
Iehouáh Deo noſtro, vt vadat ad colendum deos gẽtium harum: ne fortè ſit in vobis radix
*aliqua* fructificans venenum, & abſinthium:
19 Sitque, quũ ipſe audierit verba maledictionis huius, vt benedicat ſibi in corde ſuo, dicen-
do, Pax erit mihi, etiamſi in cogitatione cordis mei ambulauero: vt addat ebriam ſitienti.
20 Non

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0104

20 Non vult Iehouáh parcere illi, quia tunc fumabit furor Iehouæ, & zelus eius in eum virum: & recubabit in eo omnis maledictio quæ ſcripta eſt in libro iſto, & delebit Iehouáh nomen eius de ſub cælo:
21 Et ſeparabit eam Iehouáh in malum, ab vniuerſis tribubus Iſraelis, iuxta omnes maledictiones pacti ſcripti in hoc libro Legis.
22 Et dicet generatio poſterior, filii veſtri qui ſurgent poſt vos, & alienigena qui veniet è terra longinqua, quũ viderint plagas terræ huius, & infirmitates eius, quibus ægrotare fecerat Iehouáh in ea:
23 (*Nam* ſulphur, & ſal, & cõbuſtio totum ſolum eius: non ſeretur, neque germinabit, neque aſcendet in ea vlla herba, vt in ſubuerſione Sedóm, & Amoráh, Admáh, & Seboiſm, quas ſubuertit Iehouáh in furore ſuo & in ira ſua.)
24 Dicẽt inquã oẽs gẽtes, Quare fecit Iehouáh ſic terrę huic? quę eſt ira furoris magni iſtius?
25 Et dicent, Eo quòd dereliquerunt pactum Iehouæ Dei Patrum ſuorũ, quod pepigit cum eis quum educeret eos è terra Ægypti.
26 Et abeuntes coluerunt deos alienos, incuruauerúntque ſe eis, deos *inquam* quos non nouerant, & qui nihil impertiti fuerant illis.
27 Et iratus eſt furor Iehouæ in terram ipſam, vt induceret ſuper eam omnẽ maledictionem ſcriptam in hoc libro.
28 Extirpauítque eos Iehouáh è terra ipſorum in ira, & indignatione, & furore magno, & proiecit eos in terram aliam, ſicut hodie.
29 Abſcondita Iehouæ Dei noſtri *ſunt*: & reuelata noſtra ſunt & filiorum noſtrorum vſque in ſeculum, vt faciamus omnia verba Legis huius.
Cap.30.v.1 Erit autẽ quũ euenerint tibi omnia verba hęc, benedictio & maledictio quas propoſuit tibi, & reduxeris ad cor tuũ in cũctis gẽtibus ad quas expulerit te Iehouáh Deus tuꝰ:
2 Et conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum, obedierîſque voci eius per omnia, vt ego præcipio tibi hodie, tu & filii tui toto corde tuo & tota anima tua:
3 Tum reducet Iehouáh Deus tuus captiuitatem tuam, & miſerebitur tui, & conuerſus congregabit te de cunctis populis ad quos diſperſerit te Iehouáh Deus tuus.
4 Si fuerit expulſus tuus in extremo cæli, illinc congregabit te Iehouáh Deus tuus, & illinc accipiet te:
5 Reducétque te Iehouáh Deus tuus ad terram quam poſſederãt Patres tui, ac poſsidebis eã: benefaciétque tibi, & multiplicabit te magis quàm Patres tuos.
6 Et circuncîdet Iehouáh Deus tuus cor tuum & cor ſeminis tui, vt diligas Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua, propter vitam tuam.
7 Dabit autem Iehouáh Deus tuus omnes maledictiones iſtas ſuper inimicos tuos, & ſuper odio habentes te, qui perſequuti ſunt te.
8 Tu ergo reuertaris, & obedias voci Iehouæ, & facias omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie.
9 (Et abundare te faciet Iehouáh Deus tuus in omni opere manuum tuarum, in fructu ventris tui, & in fructu iumenti tui, & in fructu terræ tuæ in bonum, quoniam conuertetur Iehouáh vt lætetur ſuper te in bonum, quemadmodum lætatus eſt ſuper Patres tuos:
10 Si tamen obedieris voci Iehouæ Dei tui, cuſtodiẽdo præcepta eius, & ſtatuta eius, ſcripta in hoc libro Legis: quum conuerſus fueris ad Iehouam Deum tuum toto corde tuo, & tota anima tua.)
11 Nam hoc præceptum quod præcipio tibi hodie, non eſt occultũ à te, neq; remotum eſt.
12 Non in cælo eſt vt dicas, Quis aſcendet *pro* nobis in cælum, vt tollat illud nobis, & recitet nobis illud, vt impleamus illud?
& 14 Sed propinquum eſt tibi verbum valde in ore tuo & in corde tuo, vt facias illud.
15 Vide, propoſui tibi hodie vitam & bonum, mortem item & malum:
16 Quando ego præcipio tibi hodie vt diligas Iehouam Deum tuũ, vt ambules in viis eius, & cuſtodias præcepta eius, & ſtatuta eius, & iudicia eius, vt viuas, & multipliceris, benedicátque tibi Iehouáh Deus tuus in terra ad quam ingrederis vt poſsideas eam.
17 Quòd ſi auerterit ſe cor tuum, & nõ audieris, & impellaris, & incuruaueris te diis alienis, coluerîſque eos:
18 Denuntio vobis hodie quòd pereundo peribitis, non prolongabitis dies ſuper terram ad quam Iardén tranſmiſſo pergis, vt poſsideas eam.
19 Teſtor aduerſum vos hodie cælum & terram, *quòd* vitã & mortem propoſui, benedictionem, & maledictionem: deligas ergo vitam, vt viuas tu & ſemen tuum:
20 Vt diligas Iehouam Deum tuum, & vt obedias voci eius, adhæreáſque illi: ipſe enim eſt vita tua, & longitudo dierum tuorum, vt habites ſuper terram quam iurauit Iehouáh Patribus tuis Abrahám, Ishác, & Iaacób, ſe daturum illis.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0106

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0107

In deinen namen Jhesu Cristum
meines lieben herren

104341

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0109

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-25196/fragment/page=0110

№ 662 *

# LEX DEI,

## MORALIS,

## CEREMONIALIS,

*EX LIBR* … *XCERPTA,*

*&* … *a,*

THEO … ZELIO.



Apud … anum,